riatur ſi ei placet: ⁊ cum pa
tre habet hoc expedire nego
cium: ⁊ non exaudietur ſecū
dum aliquaz voluntatez que
in eo erat. Vult eim pater ꝙ
penitus moriatur. Etenim
vnico ⁊ proprio filio ſuo nō
pepercit ſed pro oībus tra-
didit illum. Sic enim dilerit
mundum vt filium ſuū vni-
genituz daret. Dominus aūt
Jeſus hanc obediētiaz ſuſce
pit: ⁊ ſequit̄ reuerēter. Orat
dominus Jeſus patrem pro
lire dicens. Mi pater clemē
tiſſime rogo te vt exaudias
orationem meaz: ⁊ nō deſpe
reris deprecationem meam:
intende mihi ⁊ exaudi me.
Paup̄ ſui a iuuentute mea
faciens voluntatem tuam: ⁊
omnia que mandaſti feci: ⁊
paratus ſuz cōplere omnia.
Sūme pater ſācte ſi fieri po
teſt tolle a me tantā amaritu
dinem que mihi parata ē ab
aduerſarijs meis. Rogo te
pater vt trāſferas calicē iſtuz
a me. Si autem aliter tibi vi
detur non mea ſed tua volū
tas fiat. Rediens: vt dixi: ad
orationem ſecundo ⁊ tertio
eodez ſermone orauit: ⁊ ad-
didit. Pat̄ iuſte: ſi ſic decre
uiſtis vt penit⁹ crucis pati-
bulum pro humano genere
ſubeaz: fiat volūtas tua. Sz
recōmēdo tibi dilectiſſimaz
matrē meam: ⁊ dilectos di-
ſcipl'os meos: quos hucvſ-
qz ſeruaui cum eſſem cum
eis: pater ſerua eos a malo.
Sed interim ſacratiſſimus
ſanguis vndiqz in modum
ſudoris erūpens in hac ago-
nia ſiue certamine dum pro-
lirius orat vſqz ad terrā abū
danter decurrit. Duz aūt ſic
oraret ⁊ eſſet anxiat⁹ domin⁹
Jeſus: ecce āgelus dn̄i prin-
ceps Michael aſtitit cōfor-

tās cū ꝛ dixit. O rōez veſtraȝ ꝛ ſudorē veſtrū ſāguineū pa tri veſtro obtuli i conſpectu totius curie ſupne: ꝛ omnes ꝓcidētes ſupplicauimꝰ vt ca lix iſte trāſferret a vobis. Et reſpōdit pater. Nouit dile/ ctiſſimus filius meus ꝙ hu/ mani generis redemptio ſine ſui ſāguinis effuſione decēter fieri nō pōt. Et ideo ſi ſalutē vult eorū eū oportet ꝓ ipſis mori. Tunc rñdit dñs Jeſus āgelo. Salutē aiaꝝ omnino volo: ꝛ idcirco potius eligo mortē vt ſaluētꝛ anime quas ad ſuā imaginē pater crea/ uit. Fiat igiꝛ volūtas patris mei. Humilis dñs hūiliter ꝛ reuerēter ſuſcepit hāc ꝯfor tationē a ſua creatura. Sur/ git ergo ab orōe totus ſāgui ne madefactus. Quē ꝯſpice tergētē ſibi viſū vel forte in torrēte lauātē totūqȝ afflictū. Vnde orabat prēȝ ſi fieri poſ ſet cū ſalute iudeoꝝ ꝙ credat multitudo gētiū. Si vero iu dei excecati ſūt vt alij videāt nō mea ſed tua volūtas ſiat. Venit autē ad diſcipulos ſu os poſt hec ꝛ dixit eis. Dor mite iaȝ ꝛ requieſcite. Et illi aliquantuluȝ ibi dormierunt. Bonus autēȝ paſtor vigilat ſuper cuſtodia puſilli gregis ſui.

Quomodo iudas applicuit cū turba ad Jeſuȝ: ꝛ ductus eſt ad pontifices.

Interiȝ videbat a lon/ ge aduerſarios veniē/ tes cū fuſtibus ꝛ armis: nec tamē diſcipulos excitauit niſi cū prope quaſi iuxta eos fue runt. Tūc aūt dixit eis. Suf ficit: ſatis dormiſtis: ecce qui me tradit appropinquat. Et adhuc illo loquēte venit ille nequā ꝛ peſſimus mercator Judas añ illos: ꝛ oſculatus eſt euȝ. Dicitur ꝙ dño Jeſu erat conſuetudo diſcipulos quos mittebat ex oſculo reci pere redeuntes. Et propte/ rea proditor ille oſculum de/ dit in ſignum: ꝛ precedens alios cuȝ oſculo rediit: quaſi dicat. Nō ſuȝ ego cum iſtis armatis: ſed rediens more ſo

lito te oſculor? ⁊ dixit. Aue Rabbi. O vere ꝓditor. In tucaris ergo bñ quomodo patienter ⁊ benigne ſuſcepit ipſius infelicis amplexus ⁊ oſcula proditoris: cuius pau loante lauauit pedes ⁊ ſum/ mo cibauerat cibo. Et quõ patit̃ capi ligari ⁊ furibunde duci: acſi eſſet malefactor ⁊ impotens ad ſe defendendũ. Quomodo etiã patitur di/ ſcipulis fugientibus ⁊ erran tibus. Sed ⁊ ipſorum dolo res cernere potes: quomodo dolentes gemitus ⁊ ſuſpiria dantes velut orfani ⁊ timore pterriti recedebãt. Et magis ac magis eoꝝ augetur dolor cum videbant magiſtrum ⁊ dñum ſuum ſic viliter tradi: canes illos trahentes ⁊ ad victimam quaſi agnuȝ mã/ ſuetiſſimũ ſine reſiſtentia ſe/ qui. Vnus eniȝ apprehẽdit: alius ligat. Alius inſurgit: ⁊ alius exclamat. Alius impel lit: alius blaſſemat. Alius ex/ pellit euȝ: alius vexat. Alius circũuoluit: alius interrogat. Alius contra eum falſos in/ quirit teſtes: alius inquiren/ tes aſſociat. Alius contra euȝ falſuȝ teſtimoniuȝ dicit: alius accuſat. Alius deludit: alius oculos velat. Alius in faciẽ cedit: alius colaphizat. Ali⁹ eũ ad colũnaȝ deducit: alius expoliat. Alius duȝ ducitur percutit: alius exultanter ad vexanduȝ ſuſcipit. Alius eũ purpura veſtit: alius euȝ ſpi nis coronat. Alius arundi/ nem i manu ei⁹ ponit. Ali⁹ furibunde reaccepit vt ſuum caput percutiat. Alius nuga torie genuflectit: alius vt re/ gem ſalutat. Hec ⁊ multa ſimilia non ſolũ alius ⁊ alius ſed alij ⁊ plurimi intulerunt. Ducitur ⁊ reducitur: ſpernit̃ ⁊ reprobatur: voluitur ⁊ cir cũflectitur huc ⁊ illuc tanq̃ȝ latro ⁊ impiiſſimus malefa/ ctor. Ducitur per mediam ci uitatem manibus poſt tergũ ligatis ⁊ clamide nudatus: tunica ſuccinctus nõ curio/ ſe: capite diſcooptus. Occur runt vndiqȝ ciues ⁊ aduene tam maiores q̃ȝ minores: ⁊ quiqȝ viliſſimi ribaldi non

ad compatiendum ſ3 ad de/ridendū: nemo eſt qui eū co/gnoſcat: ſed ꝛ luto in eum ꝛ imūdicijs impetūt ꝛ affligūt: contra eum loquebantur qui ſedebāt in porta. Cum autē preſentat principibus ſacer/dotum ꝛ ſenioribus congre gatis in vnū3 illi quaſi leo ca pta preda exultant: ipſu3 exa/minát: falſos ꝓcurāt teſtes: cōdemnāt: ꝛ expuūt in eius ſacratiſſimā3 faciem: oculos velant: colaphizant: alapis cedunt dicētes. Prophetiza qs eſt q te percuſſit. Impel/litur ꝛ anxiatur: trahitur ꝛ ac celeratur: ꝛ ſic fatigat. Fla gellatur: maccrat ꝛ oppro/brijs ſaturatur.

Quomodo dominꝰ Jeſus dire flagellatur a miniſtris: ꝛ quomodo Joannes reuer titur ad dominā ānūciās que fiunt domino Jeſu.

Tandez illi maiores re ceſſerunt mittentes eū in quodam carcere ſubtus ſo larium: ꝛ ligauerunt eundez ibi ad quādam colūnā lapi/deam: ꝛ dimiſerunt cum eo aliquos armatos ad cuſto/diendum: qui cum per tota3 noctem vexauerunt deriſio/nibus ꝛ maledictionibus: vo cantes ꝛ dicentes. Credis tu eſſe melior ꝛ ſapientior prin/cipibus ꝛ ſapiētibꝰ noſtris? Que ſtultitia erat tua? Non debebas contra eos os tuu3 aperire. Quomodo fuiſti ita auſus? Sed nunc apparet ſa pientia tua. Tu ſtas nūc ſicut conuenit peccatis tuis. Di/gnus ꝓculdubio es morte: ꝛ tu habebis eam. Et ſic per totam noctem modo vnus: modo alius inſultant verbis ꝛ factis contra eum. Quāta enim dicunt ꝛ faciunt huiuſ/modi hij mercenarij viliſſi/mi: cum poſſint indiſcrete irreuerēter ꝛ indecēter. Vi/de dominum tuum verecū/dum et patienter tacente3 ad omnia tāquā in culpa ꝺpre/benſum: vultu in terra de/miſſo. O domine ad quo/rum manus veniſti? Quāta ē patiētia tua: ꝛ ſic ſtetit rectꝰ ad dictā colūnā ligatus vſq3 ad mane. Interi3 Joānes va

dit ad dominā ⁊ reperit eam in domo Magdalene in qua cenā ſecerant ⁊ narrauit ea q̄ domino contigerunt. Tunc idicibilis planctus vlulatus ⁊ clamor factus eſt ibi. Tandem domina ſecedit i partez ⁊ in orōnem ſe conuertit dicens. Pater reuerēdiſſime ⁊ pater piiſſime: pater miſericordiſſime recōmēdo vobis filium meū vnigenitum: non ei ſitis crudelis qui cunctis eſtis benignus. Pater eterne moritur filius meus. Nihil enim mali fecit. Sed pater iuſte: ſi redemptionem vultis generis humani per alium modum obſecro faciatis: q2 omnia poſſibilia ſunt vobis. Rogo pater ſanctiſſime (ſi vobis placet) vt non moriatur filius meus. Libera teipſum de manibus peccatorum ⁊ reddite eum mihi. Ipſe propter reuerentiā ⁊ obedientiam non ſe iuuat. Derelinquit ſeipſum ⁊ tanquam imbecillis ⁊ impotens ſtat iter illos: vñ cū vos iuuate.

Quomodo ducitur ad pilatum.

Mane autem facto tempeſtiue redierūt principes ⁊ maiores populi ⁊ fecerunt ligari manus poſt tergum dicētes. Veni latro nobiſcū: veni ad iudiciuz. Hodie complebuntur maleficia tua: modo apparebit ſapientia tua. Ducebāt eum ad pilatum: ⁊ ipſe tanquam innocens ſequebatur eos: cū eſſet agnus innocētiſſimus. Cuz autē mater ⁊ ioannes ⁊ alie mulieres ſūmo mane exierūt foras ⁊ venerūt ad eum ⁊ occurrerunt ei vidētes cuz ſic vituperabiliter ⁊ ſic enormiter a tanta multitudine duci: quāto repleti ſunt dolore dici non poteſt. In illo autē mutuo aſpectu ſuit dolor vtriuſqz. Nam ipſe dominus aſfligebatur multum ex cōpaſſione quam habebat ad ſuos: maxime ad matrem. Sciebat enim ꝙ pro ipſo dolebat vſqz ad euulſionem anime ⁊ corporis. Ducitur ergo dominus ad pilatum ⁊ a longe ſequūtur quia approximare non poterant. Accuſatur ab

illis de multis: ipſe vero tace bat. Preſes autem videns cauſam in eo non eſſe mor tis miſit ad herodem. Hero des vero cupiens videre de ſuis miraculis gauiſus eſt: ſꝫ nec miraculum nec verbum aliquod habere potuit. Igi tur ex hoc reputans eum ſtul tum fecit in deriſione eum i dui veſte alba ⁊ remiſit eum pilato. Ipſe autēꝫ omnia pa tientiſſime tollerabat. Et dū ducitur ⁊ reducitur demiſſo vultu ⁊ verecunde inceden tem: ⁊ omnium clamores ⁊ ſubſānationes audientem: ⁊ forte lapidum percuſſiones ⁊ matrem ⁊ diſcipulos be ne intuere.

Qualiter dominus reduct⁹ ad pilatum fuit flagellatus: ⁊ veſte rubea indutus: coro natus cum arundine in ma nu.

REducto autem ad pi latum illi canes cū au dacia magna ⁊ cōſtantia ꝓ ſequuntur ſuas accuſatiōes. Sed pilatus cauſam mor tis non inueniens in eo nite batur eum dimittere. Dixit ergo: corripiam eum ⁊ dimit tam. O pilate pilate: tu do minum caſtigas: neſcis quid agis quia nec morteꝫ nec fla gella meretur. Rectius age res ſi te ad ſuum nutum cor rigeres. Iuſſit autem euꝫ fla gellari. Spoliatur ergo do minus: ad colūnam ligatur: ⁊ duriſſime flagellatur. Stat nudus coram hominibus: iu uenis: verecūdus: ſpecioſus forma pre filijs hominū. Ca ro enim illa innocentiſſima ⁊ tenerrima: mūdiſſima ⁊ pul cherrima. Flos enim carnis ⁊ totius humane nature re pletur liuoribus ⁊ fracturis. Fluitur vndiqꝫ viuus ſan guis de omnibus partibus corporis. Superaddit: reite ratur ⁊ ſpiſſatur liuor ſuper liuorem: fractura ſuper fractu ram: quouſqꝫ taꝫ tortoribus qꝫ inſpectoribus fatigatis iu betur ſolui. Tunc impletum eſt quod ait Iſayas. Vidi

mus inquit eum ⁊ non erat ibi aſpectus: ⁊ reputauimus eum quaſi leproſum ⁊ adeo humiliatum. O domine Ieſu qui fuit ille tam audax ⁊ temerarius qui te expoliauit ⁊ illi audaces qui te ligauerunt ⁊ flagellauerūt? Sȝ tu ſol iuſticie tuos radios ſubtrariſti: ⁊ ideo illi ſunt tenebre ⁊ tenebraruȝ poteſtates: omnes ſunt te potentiores. Soluto domino a columna ducunt eum ſic nudum ſic flagellatuȝ per domuȝ: perſcrutando de pannis ſuis q quaſi per domum proiecti fuerant a flagellatoribus ⁊ expoliatoribus. Intuere bene ſic afflictum ⁊ trementem propter frigus. Cumqȝ ſe vellet veſtire incedunt quidaȝ impijſſimi dicentes pilato. Domine hic ſe regem facit: veſtiamus eum ⁊ coronemus eum more regis. Et tunc accipiētes quādam clamidem ſericam rubeam turpe veſtierūt eum ⁊ ſpinis coronauerunt. Purpurā ſuſcipit: caput corone ſpinee preparat: arundinem in manu tulit: ⁊ ipſis genuflectentibus ⁊ ſalutanti h⁹ tacet ⁊ obmuteſcit. Perforabant nanqȝ caput eius ſacratiſſimum acerbiſſime ille ſpine ac totum ſanguine ma defaciebant. Illudebant nāqȝ ei tanq̄ȝ regnare volenti ⁊ nō valēti. Omnia autem ſuſtinet: ſed nec illis ſufficerat ꝙ ad maiorem illuſionem totam cohortem aggregarunt ſed ⁊ ipſum coram pilato ⁊ toto populo adducunt foras publice ſic illuſum ⁊ apportantem ſpineam coronaȝ ⁊ purpureum veſtimentuȝ. Vide quomodo facie demiſſa in terra ſtat ille benedictus coram tanta multitudine vociferante ⁊ clamāte. Crucifige crucifige eum: ⁊ ſemper eum deridentes quaſi ſapientiores eo fuiſſent: ⁊ quaſi dicerent. Non apparet ꝙ ipſe ſe habuit inſipienter contra phariſeos ⁊ principes q ſic eum aptari fecerunt. Petijt igiť tota iudeorū multitudo vocib⁹ magnis vt crucifigeret. Ridēt ⁊ dͥridēt eū q ver⁹

ꝛ eternus deus eſt. Reducitur autē dominus itus ꝛ ſpoliatur purpura ꝛ adhuc nudus eſt corā eis: datur ei veſtiendi licentia. Aduerte āte oculos tuos aduenientem: ꝛ eum purum hominem conſidera ꝛ videbis iuuenē elegātem nobiliſſimū ꝛ innocētiſſimum. Totū autem flagellatum ꝛ liuoribus reſperſum: ꝛ pānos de terra recolligentem: ꝛ cū quadam verecundia ꝛ rubore ſe nudatū coraꝫ ibi ipſum ſemper irridentibus. Nam modo recolligit vnam tunicam modo aliaꝫ: ꝛ ſic corā illis ſe reueſtit. Vide poſtea diuinitatem ꝛ conſidera illam imenſam eternā ꝛ incōprehenſibilem: ꝛ imperatoriam maieſtatem īcarnataꝫ flectētem ſe ac ſi eēt homo viliſſimus. Quo reueſtito ducunt eū foras ne mortē differāt. Et tunc venerabile lignum crucis longū ꝛ groſſum ꝛ multum graue ponūt ſuper humeros ſuos: quod agnus manſuetiſſimus patiēter ſuſcipit ꝛ portat: ꝛ tūc ducitur ꝛ acceleratur ꝛ opprobrijs ſaturatur vt ſupra ī principio tractatum eſt. Ductus autem fuit foras cum ſuis ſocijs duobus latronibus: hec eſt ſocietas ſua. Vide quomodo vadit chriſtus curuus ſubtus crucem ꝛ vehementer anxius anhelat. Sed meſta mater propter multitudinem gentiuꝫ ei appropinquare nō poterat nec eum videre iuit per aliam viam breuiorem celeriter cum ioanne ꝛ ſociabus ſuis vt alios precedens eidem appropinquare valeret. Cum autem extra portā ciuitatis ī curſum viarum eum habuit obuiuꝫ cernens euꝫ ſic oneratum ligno tam graui quod per primo ñ viderat ſemimortua facta pre anguſtia: nec ei verbum dicere potuit: nec dominus ei accedere potuit propter illos ꝗ eum ad crucifigendū ducebant. Vlterius autem dominus procedens parumꝑ vertit ſe verſus mulieres flētes ꝛ dixit eis. Filie hieruſalem nolite flere ſuꝑ me ꝛc̄. Cū ergo vlteriꝰ ꝓceſſiſſet ꝛ ita eēt fatigatus ꝛ cōfractus ꝙ āpli

us crucem portare nō poſſet depoſuit eam. Illi autē peſſimi differre nolētes mortem eius: timētes ne pilatus ſententiā reuocaret (q2 oſtenderat voluntatē dimittēdi euꝫ) cogerunt quendam vt crucem portaret. Jeſum autē ſic oneratū: ꝛ vt latronem ligatū duxerunt ad caluarie locū.

Quomodo dominus crucifigitur preſente matre.

Dum igitur dn̄s Jeſus vituperabiliter ducitur ad montē caluarie fetidū videas oculis mentis alios figere crucē in terra: alios parare clauos ꝛ martellos: alios parare ſcalam ꝛ alia iſtrumenta: alios ordinare quicquid facere debebant ꝛ alios ſpoliare ipſum. Spoliatur ergo ꝛ nudus ē coram tota multitudine: ꝛ nūc tertia vice renouantur fracture propter pānos ad carnem applicatos. Nunc ergo conſpicit mater filium ſuum ſic aptatū ꝛ dolore mortis affligit: triſtatur ſupra modum ꝛ cum rubore ꝙ eum videt ſic nudum. Nam etiam ꝛ ſemoralia nō dimiſerunt ei. Accelerat igitur mater ꝛ approximat filio: amplexatur ꝛ texit eum velo capitis ſui. O in quanta amaritudine eſt anima eius. Eripitur enim filius de manibus ſuis furibunde ꝛ ducit ad pedes crucis: ꝛ ponūtur due ſcale. vna retrorſum: alia ex brachio ſiniſtro. Sup eam maleſici aſcēdunt cum clauis ꝛ martellis. Ponitur ex alia parte anteriori ſcala attingens vſqꝫ ad pedes. Compellitur dominus Jeſus crucem aſcendere per hanc ſcalam paruam. Ipſe autē ſine rebellione ꝛ contētione facit quicquid volunt. Cum igitur eſt in ſuperiori gradu illius ſcale parue vertit ad crucem renes ꝛ apit illa regalia brachia: ex pandit manus ſuas pulcherrimas ꝛ excelſas porrigens eas crucifixorib9 ſuis. Aſpicit in celuꝫ ad patrem dicēs. Ecce pater hic ſum: vſqꝫ ad crucem me humiliari voluiſti. Accepta igitur ꝛ tu pa-

ter deinceps placat⁹ eſto mei amore ꝛ omnem maculã abſterge ꝛ elonga ab eis. Qui autem poſt crucem ē accipit manum eius dextram ꝛ eam cruci clauo ꝛ martello fortiter ꝛ crudeliter affixit. Quo facto ille qui in latere ſiniſtro eſt ſiniſtram accipit manum ꝛ traxit quãtum potuit ꝛ extendit ponendo pedem in latere crucis: ꝛ aliũ clauũ per ẽt immittit ꝛ configit. Poſt hec deſcẽdunt de ſcalis ꝛ remouentur omnes ſcale: pendet dominus ꝛ grauamẽ corporis ſolum clauis manibus infixis ſuſtentatur. Alius ꝑ pedes quantum poteſt trahit: ꝛ eo ſic exiſtente alius cõfigit ãbos pedes duriſſimo clauo. Sunt enim qui credũt ꝙ nõ hoc modo fuit crucifixus ſed cruce extenſa in terra eũm crucifixerunt: ꝛ poſtea ſic crucifixũ eleuauerunt. Ecce crucifixus ē dominus Jeſus ꝛ in cruce extenſus: ita ꝙ numerari poſſent omnia oſſa eius: ſicut per prophetam cõqueritur. Dinumerauerũt inquit omnia oſſa mea. Fluunt vndiq₃ ſacratiſſimi riui ſanguis ex illis magnis ſciſſuris ꝛ ſic anguſtiatus eſt in ligno ꝙ ſe moueri non poteſt niſi in capite. Illi tres claui ſuſtinent totius corporis pondus. Dolores acerbiſſimos tolerat: ꝛ vltra q̃₃ dici vel excogitari poſſit affligit. Pendet iter duos latrões: vndiq₃ pena vndiq₃ opprobria. Alij blaſſemant dicentes. Vah qui deſtruis tẽplũ dei ꝛ in triduo illud reedificas. Alij vero dicũt. Alios ſaluos fecit: ſeipſu₃ ſaluu₃ facere non poteſt. Sed ꝛ principes ſacerdotum exclamabant. Si filius dei es deſcende nunc de cruce ꝛ credimus tibi. Sed ꝛ milites qui crucifixerunt diuidunt veſtimenta ſua ĩ preſentia ipſius. Et hec omnia dicuntur ꝛ fiunt preſente meſtiſſima matre ſua: cuius compaſſio multũ augmentabat filio paſſione₃. Et econuerſo ipſa cum filio ſuo pendebat in cruce: ꝛ potius elegiſſet mori cum eo q̃₃ amplius viuere. Vndiq₃ anguſtie ſunt ꝛ tormẽta: ſentiri po

fuerunt ſed narrari non poſ-
ſunt. Stabat iuxta crucē ma
ter ⁊ non auertebat oculos a
filio. Anguſtiabatur ⁊ ipſa:
⁊ toto corde orabat ꝓ eo ad
patrem dicens. Pater ⁊ d-
us eterne placuit vobis vt fi
lius meus crucifigeret: mo
do eſt tempus vt eum auſe-
ram. Sed videte in quanta
anguſtia ē anima eius. Ro
go vt mitigetis eius penas.
Pater recōmendo vobis fi
lium. Et ſimiliter dominus
Ieſus orabat patrem pro ea
⁊ tacite itra ſe dicebat. Ego
debeo crucifigi non ipſa: qꝛ
ipſa mecum eſt in cruce. Suf
ficit crucifixio mea quia toti-
us populi peccata porto. Vi
des eam deſolatam tota die
merore confectam: recomen
do eam tibi vt dolores eius
tollerabiles facias. Erant au
tem cum domina iuxta cru-
cem ioannes ⁊ magdalena:
due ſorores dñe ſcilicet ma-
ria iacobi ⁊ ſalome: ⁊ ſor-
te alie. Que omnes ⁊ mari-
me magdalena ſua dilecta di
ſcipula vehementer flebant:
nec poterat conſolari de ſuo
dilecto domino ⁊ magiſtro.
Compatiebantur ⁊ etiaꝫ do
mine ⁊ ſibi ipſis ſepe reno-
uabatur dolor: quia ſemper
addebatur dolor domio ſuo.
Dominus auteꝫ in cruce pē
dens vſqꝫ ad exitum ſpiri-
tus non fuit ocioſus: ſed fa-
ciebat ⁊ dicebat vtilia ꝓ no
bis. Unde dixit ſeptem ver-
ba que ſcripta reperiuntur ī
euangelijs. Primum fuit in
ipſo actu crucifixiōis dicēs.
Pater ignoſce illis quia ne
ſciunt quid faciunt. Secun-
dum fuit ad matrem cum di
xit. Ecce fili⁹ tuus. Et ad io
annē. Ecce mater tua. Nō
vocauit eam matrem ne pre
amoris vehementis teneritu
dine amplius doleret. Ter-
tium fuit ad latronem bonū
cum dixit. Hodie mecū eris
in paradiſo. Quartum fuit
cum dixit. Deus deus me-
us quare dereliquiſti me: ⁊
tantum dilexiſti mundum qꝫ
me ꝓ ipſo tradidiſti. Quintū
fuit cū dixit ſitio. In qb⁹ v̄-
bis fuit magna ꝯpaſſio mřis

⁊ ſociarū eius ⁊ ioannis: ⁊ il
lis peſſimis fuit maxima leti
cia. Nam licet exponi poſſit
ꝙ animarū ſitiebat ſalutē: ta
men in veritate ſitiuit: quia
propter ſanguinis emanatōꝫ
erat totus deſiccatus intus ⁊
areſactus. Tunc dederunt ei
acetum ⁊ fel. Sextum ver-
bum fuit cū dixit. Cōſūmatū
eſt. quaſi dicat. Pater obedi
entiam quaꝫ mihi dediſti pſe
cte compleui: ⁊ adhuc quic-
quid mādare vis faciā. Ego
enim in flagella paratus ſuꝫ.
Sed totum quod de me ſcri
ptum eſt: conſūmatum ē. Si
tibi placet reuoca me. Et pa
ter ad eum. Dilectiſſime fili
mi: bene omnia feciſti nolo
ꝙ amplius anxieris. Veni
quia in ſinu meo ⁊ inter bra
chia mea te ſuſcipiaꝫ. Et tūc
cepit oculis languere more
morientium: modo aperiēdo
modo claudendo ipſos: ⁊ ca
put inclinare: modo in partē
vnam modo i partem aliam
deficientibus membris. Tan
dem addidit vnum verbum
cum clamore valido ⁊ lachry
mis dicens. Pater i manus
tuas cōmendo ſpiritūꝫ meū.
Et hoc dicto inclinato capi-
te emiſit ſpiritum. Ad hunc
clamorē conuerſus fuit cen-
turio qui ibi erat ⁊ dixit. Ve
re hic filius dei viui erat: au-
diens ꝙ clamans expiraſſet.
Nam alij homines cum mo
riuntur clamare nō poſſunt.
Et ideo in eum credidit. Fu
it autem ita magnus ille cla-
mor ꝙ vſqꝫ in infernū fuit au
ditus. O qualis tūc erat ani
ma matris que taꝫ penoſe vi
debat euꝫ deficere: languere:
lachrymari: clamare ⁊ mori.
Credo ꝙ propter anguſtia-
rum multitudinem abſorta
erat ⁊ quaſi inſenſibilis facta
ſemimortua facta eſt: nūc ꝗp
pe multo magis q̄ꝫ cū obui-
uꝫ habuit portanteꝫ crucem.
Quid tunc ioannes pre om
nibus ab eo dilectus? Quid
tunc magdalena fidelis ⁊ di
lecta diſcipula? Quid alie due
ſorores dñe faciebant? Cre-
do ꝙ replete erāt doloribus
⁊ amaritudine ⁊ abſynthio
inebriate. Ecce igitur pendet
dominus in cruce mortuus:
redit multitudo tota ⁊ tremēs

net meſtiſſima mater cum il-
lis quatuor: ponunt ſe ad ſe-
dendum prope crucem: ⁊ cō
templantur dilectum ſuum.
Expectant a deo conſilium
⁊ auxilium quomodo ipſum
trahere ⁊ ſepelire valeāt.

Qualiter longinus latus do
mini aperuit ⁊ quomodo do
mina timebat: ne frangeren-
tur eius crura.

Cum moratibus igitur
⁊ ſedentibus reuerēda
domina matre ⁊ Joanne ⁊
Magdalena: ⁊ ſororib⁹ ma
tris domini ab vna parte ꝓ-
pe crucem aſpiciētibus quaſi
ſine intermiſſione dominum
Jeſum ſic pendentem in cru
ce inter latrones: ſic nudum
⁊ afflictum: ſic mortuū ⁊ ab
omnibus derelictum: ecce ar
mati multi veniebant de ciui
tate verſus eos qui miſſi erāt
vt ipſis crucifixis crura fran
gerent: ⁊ eos ſepelirent: ne in
magno die ſabbati corpora
eorum remanerent illic. Tūc
domina ⁊ omnes ſurgunt: ⁊
aſpiciūt eos. Renouatur ta-
men dolor ⁊ pauor ⁊ timor
creſcit: multum quippe do-
mina timet ⁊ neſcit quid fa-
ciat. Dicit autē. Fili mi dile
ctiſſime qualiter iſti redeunt?
Quid āplius facere volūt?
Nōne te occiderunt fili mi?
Putabā ipſos eſſe ſaciatos
de te: ſed vt video adhuc te
mortuū perſequuntur. Fili
neſcio quid faciam. Te nō
poſſū ōfendere: nec a morte
potui: ſed veniaꝫ ⁊ ſtabo iu-
xta cruceꝫ ad pedes tuos fili
mi. Rogo patrē tuū vt tibi
eos placabiles faciat. ego au
tem quod potero faciam. Et
tunc omnes quinqꝫ iuerunt
⁊ poſuerunt ſe ante crucem
domini Jeſu. Appropiquāt
autem illi cum furore ⁊ ſtre-
pitu magno. Et videntes la
trones adhuc viuere frāgūt
eis crura: occidunt ⁊ depo-
nunt in foſſam aliquā. Val-
de velociter ꝺponūt vel ꝓij-
ciunt. Redeūtibus ipſis ver
ſus dominuꝫ Jeſum timens
mater ne ſimile facerent filio
tacta dolore maximo cordis
intrinſecus cogitauit ad ar-
ma ſua recurrere ſcilicet hu-

militatem ſibi innatam ✝ ge-
nibus poſitis ✝ manibꝰ can-
zelatis vultu lachꝛymabili ✝
voce rauca ſic omnes allo-
tur dicẽs. Viri fratres rogo
vos per deuz altiſſimum ne
me amplius vexare velitis i
dulciſſimo filio meo. Ego
enim ſum meſtiſſima mater
eius. Et ſcitis fratres ꝙ nū-
q̄z vos offendi: nec aliquam
iniuriam vobis feci. Et ſi fi-
lius meus viſus ē vobis cō-
trarius ipſuz pemiſtis. Ego
remitto vobis omnem iniu-
riam ✝ oēm offenſam ✝ moꝛ
tem filij mei. Hanc tantā mi
ſericoꝛdiam mihi facite ne cō
fringatis ipſum vt ſaltez in-
tegrum valeam ſepelire: nō
expedit vt eius crura franga
tis. Videtis enim qꝛ iā moꝛ
tuus eſt: ✝ magna hoꝛa eſt
qua deceſſit. Joannes vero
magdalena ✝ ſoꝛoꝛes ſtabāt
genuflexe cum ea ✝ amariſſi
me omnes flebāt. Vnus er-
go longinus nomie: tunc im
pius ✝ ſuperbus: ſꝫ poſt cō-
uerſus ✝ martyr effectus poꝛ
rigens lanceam de longe il-
los ploꝛatus ✝ preces con-
temnens latus domini Jeſu
dextrū aperuit vulnere gran
di: ✝ exiuit ſanguis ✝ aqua.
Tunc mater ſemimoꝛtua ce-
cidit inter bꝛachia magdale-
ne. Joannes autem doloꝛe
vrgēte aſſumpto vigoꝛe in-
ſurgit contra illos dicēs. Vi
ri nequiſſimi: hanc impietatē
facitis? Nonne videtis ꝙ
moꝛtuus eſt? Quare vultis
etiam hanc ſuam matrez oc-
cidere? Diſcedatis quia nos
ſepeliemus eum. Tunc illi ſi-
cut domino placuit diſceſſe-
runt. Excitatur autem domi
na ſurgit quaſi euigilās que-
rit quid ſit de filio ſuo: reſpon
dent non eſſe factam aliquaz
nouitatez. Suſpirat ✝ anxia-
tur. Ponunt autem iterum
ſe omnes ad ſedendum pꝛo-
pe crucem: neſciunt quid fa-
cere debeant. Coꝛpus enim
deponere nō poſſunt: qꝛ ne-
qꝫ vires habent ſufficientes
nec inſtrumenta ſunt quibus
deponāt: recedere eo ſic ma
nente non poſſunt.

Qualiter dñs depoſitus fuit
de cruce ✝ quid egit dña.

Terū antē vident plu∕res alios venietes per viam. Erant enim Joſeph ꝛ nicodemus ducentes ſecū inſtrumenta quibus depo∕nant corpus ď cruce: ꝛ quaſi centum libras myrrhe ꝛ alo∕es portabant ꝛ veniebant ad ſepeliendum dominum. Tūc omnes ſurgunt cum timore magno. O deus quanta eſt iſtorum afflictio hodie. Cir∕cunſpiciens autem Joānes dixit. Ego cognoſco ibi Jo ſeph ꝛ Nicodemum. Tunc domina viribus ſumptis di xit. Benedictus deus noſter qui mittit nobis auxiliūꝫ: me mor fuit noſtri: ꝛ non dere∕liqt nos. Fili occurras eis qꝛ ipſi veniunt in auxiliū no ſtrum. Vadit ergo Joānes obuiam eis velociter ꝛ attin genter ſe amplexantur cū fle∕tu magno non valentes loq per magnam horam pre cō∕paſſiōis teneritudine ꝛ abū∕dantiam doloris ꝛ fletus. Poſtea venerūt verſus cru cem. Et querit Joſeph qui fuit ibi cum domina ꝛ quid eſt de alijs diſcipulis. Dixit illi Joannes de illis qui ibi ſunt. De diſcipulis autem re ſpōdit ſe neſcire quia nullus ibi hodie fuit. Querit etiam ď his que circa dominū facta ſunt: ꝛ narrat ei Joānes per ſingula. Cum autem fuerūt prope locum genuflectentes ꝛ flentes adorabat dominū. Appropinquantes autem re cepti fuerunt reuerenter per dominam ꝛ ſocias eius cum genuflexione ꝛ inclinatione vſqꝫ ad terram. Similiter ꝛ ipſi genuflectentes cuꝫ plan ctu magno ſteterunt per ma gnam horam. Tandem do∕mina dixit. Bene feciſtis qꝛ habuiſtis memoriam magi∕ſtri veſtri qui multum dilexit vos: ꝛ fateor vobis ꝙ i ad∕uentu veſtro viſum eſt mihi nouam oriri lucem. Neſcie∕bamus enim quid facere de∕bebamus: dominꝰ vobis re∕tribuat. Et illi. Dolemꝰ ex to to corde noſtro ď hijs oībus que circa ipſum facta ſunt: ꝛ preualuerunt impij cōtra iu∕ſtuꝫ. Libenter eripuiſſemus eum a tanta iniuſticia ſi po∕tuiſſemꝰ. Saltē hoc obſeqū

domino ⁊ magiſtro noſtro
preſtabimus. Surgētes aūt
parauerūt ſe ad deponenduꝫ
eum de cruce. Ponūt duas
ſcalas a laterib⁹ crucis ex op
poſito. Joſeph aſcendit ſuꝑ
ſcalaꝫ lateris dextri ⁊ ſatagit
habere clauū ipſius manus.
Sed difficile ē hoc: quia idē
clauus groſſus ⁊ longus eſt
⁊ in ligno valde confixus ⁊
ſine magna ſuppreſſione vi-
def auferri nō poſſe. Euulſo
illo Joannes annuit ioſeph
clam dictum clauū ſibi por-
rigi ne ipſuꝫ domina videat.
Deinde nichodemus euulſo
alio venit ad clauū pedum.
Joſeph vero ſuſtētat corp⁹
domini. Felix quidem ipſe
ioſeph qui corp⁹ domini me
ruit amplexari. Tunc pēdētē
dextram reuerenter domina
ſuſcipit: ⁊ ponit eam ad vul-
tum ſuum. Intuetur ⁊ oſcu-
latur cum lachrymis ⁊ vali-
dis ſuſpirijs. Euulſo autem
clauo pedum pauliſper deſcē
dit ioſeph: ⁊ omnes accipiūt
corp⁹ domini Jeſu ⁊ ponūt
in terram. Domina autē ſu-
ſcipit caput cū ſcapulis ī gre
mio ſuo. Magdalena vero
pedes apud quos tantā gra
tiam meruerat: ⁊ alij circūſtā
tes planctum magnum faci
unt ſuper eum. Poſt aliquā
morulam rogat ioſeph dn̄aꝫ
vt permittat eum inuolui in
linthcaminib⁹ ⁊ ſepeliri. Ipſa
vero cōtendebat dicēs. No
lite mihi tam cito auferre filiū
meum vel me ſecum ſepelite:
flebat lachrymis irremediabi
lib⁹. Aſpiciebat vulnera ma
nuuꝫ peduꝫ ⁊ lateris: modo
vnum modo aliud. Aſpicie
bat vultuꝫ eius ⁊ caput: vi-
debat ſpinarum puncturas
⁊ depilationem barbe: facieꝫ
ex ſputis ⁊ ſanguīe deturpa-
tam: ⁊ deflendo ⁊ aſpiciendo
non poterat ſatiari. Tardā-
te autem hora dixit Joan-
nes. Domina obediam⁹ io-
ſeph ⁊ nichodemo: ⁊ permit
tamus aptari ⁊ ſepeliri cor-
pus domini noſtri: quia ꝑꝑ
nimiam moram poſſent pati
calūniaꝫ a iudeis. Ad hanc
vocem domina tāq̄ꝫ grata ⁊
diſcreta cogitans ꝙ ipſi ioā-
ni cōmiſſa eſt ꝑ filium noluit
amplius cōtēdere: ⁊ ſignās

⁊ benedicens eum permiſit aptari vt voluerũt. Tũc Joannes ⁊ alij ceperunt iuoluere corpus ⁊ aptare cum lintheaminibus. vnde ſic mor erat iudeis. Dominaꝫ ſemꝑ tenebat caput eius ĩ gremio ſuo ⁊ magdalena pedes. Cũ ergo veniunt ad crura prope pedes: dicit magdalena. Rogo vos vt ꝑmittatis me ſibi aptare pedes apud quos ſuꝫ miſericordiam conſequuta. Quibus permittentibus ipa eius pedes tenebat: ⁊ videbat deficere pre dolore. Aſpiciebat ſic vulneratos ⁊ perforatos ac ſanguinolentos ⁊ amariſſime flebat. Nam vt veritas de ipſa perhibuit dilerit multũ: ⁊ ideo fleuit multum marie in hoc vltimo obſequio domini ⁊ magiſtri ſui ſic afflicti ⁊ vulnerati ſic flagellati ſic mortui ⁊ ſic ad nihilum redacti. Vix cor eius ĩ corpore perſtare poterat: libẽter expiraſſet ad pedes domini ſui: non videbat remediuꝫ doloris ſui nec conſueuerat ei in talibus obſequi. Nouum ⁊ vltimum eſt obſequiuꝫ qđ ei nunc preſtat: ⁊ in hoc ipſo preſtando amaricatur anima ſua: qꝛ non poteſt illud facere vt vellet ⁊ deceret. Vellet enim totũ corpus lauare vngere ⁊ bene aptare: ſed non eſt tempus neqꝫ locus. Facit ergo quod poteſt: ſaltem pedes lachrymis lauat. Tandem deuote abſtergit: amplexatur ⁊ oſculatur ⁊ inuoluit ⁊ aptat fideliter vt melius nouit. Sic ergo aptato reliquo corpore reſpiciunt dominam vt ipſa compleat ⁊ oẽs plorare incipiunt. Tunc mater generoſa videns ꝙ differre non poteſt ponit vultum ſuũ ſuper facieꝫ filij ⁊ domini ſui ⁊ dixit. Fili mi dilectiſſime ĩ gremio te mortuum teneo. Jocunda ⁊ delectabilis inter nos conuerſatio ⁊ ſine querela ⁊ offenſa inter alios fuimus: q̃ꝫuis tu innocens occiſus ſis. Fili tibi ꝑuini ⁊ tu mihi. Sed ĩ hac tua pugna doloroſa nec pater tibi auxiliari voluit ⁊ tu te ipſum dereliquiſti propter amorem generis humani quod redimere voluiſti. Dura ⁊ penoſa ⁊

cara ē tibi iſta redemptio: de qua tamen gaudeo propter ſalutem hominum. Sed in tuis vulneribus ⁊ i tua morte vehemēter affligor: ⁊ ſcio bene ꝙ non peccaſti vnquā: ⁊ ſine culpa occiſus es morte turpiſſima. Modo ergo fili mi rupta eſt noſtra ſocietas: ⁊ me ſeparia te oportet. Sepeliam igitur te ego meſtiſſima mr̄: ſed poſtea quo ibo? vbi morabor fili mi? Quomodo ſine te viuere potero? Tecum ergo libentius ſepelior: ⁊ vbiqꝫ tu eēs ego eſſeꝫ ſimiliter tecuꝫ. Sꝫ exquo nō poſſum corpore tamen ſepeliar mente. Animaꝫ meā in tumulo tuo ſepeliam cuꝫ corpore tuo: eaꝫ tibi ꝯmēdo tibi dimitto. O fili mi qūo ſine anxietate ero? Et iterum ex abundantia lachrymarum lauat faciē filij ſicut magdalena pedes. Abſterſit autem ⁊ deoſculans os ⁊ oculos eius in quodam ſudario ipſum caput inoluit ⁊ diligēter aptauit.

Quomodo dominus ſepelitur.

Tandem iteruꝫ benedixit ⁊ ſignauit euꝫ: ⁊ tūc omnes adorātes genibus flexis ⁊ pedes eius deoſculantes accipiunt ⁊ portāt ad monumentum. Dn̄a tenebat caput: Magdalena pedes. Reliqui vero ſtabant in medio ⁊ ſepelierunt eum in ſepulchro reuerent flexis genib⁹: ⁊ cuꝫ fletibus magnis ⁊ ſuſpirijs validis. Quo ſepulto mater iterū benedixit ⁊ amplexatur eum: ⁊ ſtat ſuper dilecto filio ſuo. Sed eleuantes eam poſuerunt magnuꝫ lapideꝫ ad hoſtiū monumenti. Joſeph autem volens redire in ciuitatem dicit domine. Dn̄a mea vos deprecor propter deum ⁊ amorem filij veſtri ⁊ magiſtri noſtri vt diuertatis in domum meam. Scio enim ꝙ domum propriam non habetis: vtimini mea ſicut veſtra qꝛ oia mea veſtra ſunt. Similiter ⁊ Nicodemus dicebat. O qualis compaſſio. Regina mundi nō hꝫ ubi caput ſuū reclinet vere vidua ⁊ derelicta eſt: ⁊ quo diuertat nō hꝫ. Tūc ipſa

inclinās ſe humiliter ⁊ grās agēs reſpōdit ſe eē cōmiſſaʒ Joāni. Quibus Joannes adhuc eum deinde roganti/ bus reſpondit ꝙ volebat eaʒ ducere in montem ſyon i do mum in qua magiſter cena/ uerat in ſero cū diſcipulis: ⁊ ibidem cuʒ ea ſtare volebat. Illi ergo ſe inclinātes ⁊ ado rantes ſepulchꝛū receſſerūt: ⁊ iſti(vt dicit euangelium)re manſerunt ſedētes cōtra ſe/ pulchꝛum.

Quō redeūt ad mōtē ſyon.

Appꝛopinquante autē nocte dicit Joannes. Hic moꝛari nimis vel ꝺ no cte redire in ciuitatē nō licet: ⁊ iō ſi vobis placet receda/ mus hinc. Tunc dña ſurgēs genuflectitur ad ſepulchꝛum āmpleraꝛ ⁊ benedixit ſepul/ chꝛū ⁊ dicit. Fili mi nō poſ/ ſuʒ amplius ſtare tecū. Ego recommēdo te patri tuo. Et ſubleuatis i celuʒ oculis dicit cum lachꝛymis ⁊ affectu ma gno. Pater eterne recōmen do vobis filiū meū ⁊ animā meā quā dimitto cuʒ ipſo: ⁊ ceperunt recedere. Cū auteʒ fuerunt ad cruceʒ: illic genu flectit dña ⁊ adoꝛauit cruceʒ dñi dicens. Hic requieuit fi lius meus: ⁊ hic eſt ſanguis ſuus pꝛecioſus. Similiter ⁊ omnes genuflexerunt: ⁊ ide recedunt verſus ciuitatem: ⁊ per viā ſe ſepe vertebant re/ tro aſpicientes. Cum autem fuerunt in loco a quo ſepul/ chꝛum videre amplius non poterant vertit ſe dña ⁊ incli nauit: genuflexit ⁊ adoꝛauit. Similiter omnes fecerūt cū lachꝛymis. Appꝛopinquan/ tes autem ad ciuitatem ſoꝛo/ res domine velauerunt eam tanq̄ʒ viduam cooperientes quaſi totum vultum eius ⁊ pꝛecedebant. Domina auteʒ ſic velata inter magdalenam ⁊ Joanneʒ ſequebatur eas. Tunc Magdalena volens in ingreſſu ciuitatis ſumere viam que ducit ad domum ſuam ⁊ illic eos ducere pꝛeui dit ſibi ⁊ dixit. Domina pꝛe/ coꝛ vos vt amoꝛe magiſtri mei eamus ad domū noſtraʒ ⁊ ibi melius ſtabimꝰ. Scitis

quomodo ipe libenter venie
bat ad eam ꝛ ipſa veſtra eſt
ꝛ omnia mea veſtra ſūt: ro/
go vt veniatis: ꝛ hic plāge/
re incipiūt. Domina vero ta
cente ꝛ annuente verſus Jo
annem adhuc illa rogat Jo
annes. Ipſe vero reſpōdet.
Decentius eſt vt eamus ad
montem ſyon maxime qꝫ ſic
reſpondimus illis amicis no
ſtris: ſed tu potius venias cū
ea quocunqꝫ ierit ꝛ nūqꝫ di/
mittas eaꝫ. Intrantibus aūt
illis in ciuitatem occurrerāt
vndiqꝫ virgines ꝛ matrone
bone aſſociare eam conſolā/
tes eam per viam: ꝛ vndiqꝫ
ſit ploratus magnus. Sed
ꝛ boni homines apud quos
tranſibant compatiebantur
eidem ꝛ mouebantur ad fle/
tum dicentes. Certe magna
iniuſticia facta eſt per princi/
pes noſtros hodie contra fi/
lium iſtius domine: ꝛ domi/
nus ꝑ eo magna ſigna oſtē
dit. Caueant q fecerunt. Cū
autem venerunt ad domum
ipſa vertit ſe ad dominas il/
las ꝛ iclinauit ſe grās agēs.
Ipſe vero inclinantes ꝛ ge/
nuflectentes omnes ceperūt
facere planctū. Intrauit er/
go domina domū: Magda
lena ꝛ ſorores domine poſt
eam. Joānes vero ponens
ſe ſuper hoſtium rogauit il/
las dominas vt redirent ad
domos ſuas qꝫ hora erat tar
da ꝛ gratias agens eis ho/
ſtiuꝫ clauſit. Tunc domina ꝑ
domum circūſpiciens dice/
bat. Fili mi dilectiſſime vbi
es quia hic te non video? O
Joānes vbi eſt filius meus?
O magdalena vbi eſt magi
ſter tuus qui ſic te diligebat?
O dilecte ſorores vbi eſt ne/
pos veſter? Receſſit a nobis
gaudium noſtrum ꝛ dulce/
do ꝛ lumē oculoꝝ noſtroꝝ:
receſſit aūt cū multa pena ꝛ
vos vidiſtis. Et hoc ē qđ mi
hi magis auget dolorez. Et
receſſit totus afflict⁹ totus la
ceratus tot⁹ anxius ꝛ ēt ſiti/
būdus coact⁹ opꝑſſus ꝛ vio
lētatus: nec ei i aliquo ſubue
nire potuim⁹. O ēs dereliq̄/
rūt eū ꝛ ipe ꝛ pr̄ ei⁹ noluit eū
adiuuare. Et q̄ʒcito hec facta
ſūt vos vidiſtis. O fili mi q̄ʒ
amara ē iſta tua ſepatio: i hac

nocte capt⁹ fuiſti: i manu pñſidis tradit⁹ ⁊ i hora tertia ɔdēnatus ⁊ iā mortuus es. O fili q̄ȝ amara eſt iſta ſeꝑatio ⁊ mēoria ignominioſe tue mortis. Tandē ioannes rogans ꝙ deſiſteret cōſolatus ē eā: ⁊ cōfortat ꝙ parūper comedat: ⁊ alios comedere faciat q꞉ adhuc ieiuni ſunt.

Qualiter petrus venit mane ſabbati ad dñaȝ humiliter petens veniā de ingratitudine ſua ⁊ ſimiliter alij apoſtoli.

Mane autē facto. ſ. ſabbati ſtabāt in domo ianuis clauſis dña ⁊ alie ſocie vna cū ioāne afflicto ⁊ doloroſo tanquaȝ orfano ⁊ pleno merore: nō loquētes ſed memorātes eterne tribulatiōis anguſtias: ſedebāt ſimul aſpicientes ſe adinuicem: ⁊ tādē pulſatū fuit ad hoſtiū ⁊ timuerūt. Timebāt enim omnes q꞉ ſecuritas eorū diſceſſerat. Juit tamen ioānes ad hoſtium: ⁊ aſpiciēs cognouit petrū: ⁊ tūc dixit ioannes ad dominā. Dña eſt petrus. Dixit domina: aperias. Jngredit̄ petrus verecūde cū ſingultibus magnis ⁊ fletibus: ⁊ tūc omnes plorare ceperunt nec verbū potuerunt loqui d̄ domino ſuo. Dixit ergo petrus. Ego verecūdor ⁊ cōfundor i meipſo nec deberē i veſtro aſpectu vel hominum apparere q꞉ dominū meum q me ſic diligebat ſic d̄reliqui ⁊ negaui. Similiter ⁊ alij cū ꝑcuſſione palmarum ⁊ manuum lachrymis ſe redarguebāt ꝙ eum dereliquerant. Tunc dixit domina. Magiſter bon⁹ ⁊ paſtor fidelis receſſit a nobis: ⁊ nos remanſimus velut orfani: ſȝ ſpero ꝙ cito nos habebimus eum: ⁊ vos ſcitis ꝙ benignus eſt filius meus. Benedictus ſit ipſe qui multum vos diligebat: non dubitetis quia bene reconciliabitur vobis: ⁊ libenter remittet omnem offenſam ſine culpa. Tātus fuit permiſſione patris impetus cōtra cū: ⁊ ira preualuit malorum audacia ꝙ non poſſetis eum vllatenus adiuuare etiam exiſtentes cum eo: ⁊ ideo nolite

turbari. Reſpondit petrus. Vere eſt ita vt dicitis. Nam ꝛ ego qui tantum confidebā tanto fui terrore percuſſus in atrio cayphe ꝙ vix credebaꝫ poſſe euadere: ꝛ ideo cum ne gaui: nec memor fui verbo/ ruꝫ que hic prediterat mihi. Tunc magdalena querit qd ei prediterat: ꝛ reſpondit de negatione ſua ꝛ narrauit to/ tum. Et addidit ꝙ etiaꝫ alia plura prediterat. Dicit mag dalena. Vellem audire d̃ his que dicta ꝛ facta fuerunt i ce na per eum. Et petrus an/ nuit ioanni vt ipſe referat. Joānes autem incepit ꝛ nar rauit omnia. Similiter ꝛ pe trus querit de paſſione domi ni: ꝛ ioannes narrat totum. Et ſic tam de his q̃ꝫ de alijs que fecerat dominus Jeſus narrant adinuicē: modo vnꝰ modo alius: ꝛ ſic totam dieꝫ de ipſo ſermocinando ꝑcur runt. O q̃ꝫ attēte auſcultabat magdalena: ſed attentius do mina. O quotiens ſic ipſa di cebat. Benedictus ſit filius meus Jeſus. Quid enim ē videre ꝙ domina mundi ꝛ princeps eccleſiarum ꝛ om/ nium populoruꝫ: ꝛ duces to tius diuini exercitus ſic timo roſi ꝛ afflicti ſtant recluſi in quadam domūcula neſcien/ tes quid facere deberent: niſi ꝙ ſe confortant ꝛ conferunt de verbis domini ſui? Domi na tamen ſtabat mente tran/ quilla ꝛ pacificata: quia certiſ ſimam ſpem habebat de filij ſui reſurrectione: ꝛ in ipſa re manſit fides in ipſa die ſab/ bati. Et propterea dies ſab/ bati attribuitur ei. Non ta/ mē ipſa domina poterat gau dere propter memoriaꝫ mor tis filij ſui.

Quomodo Magdalena ꝛ altera maria iuerunt vt vn/ gerent Jeſum: ꝛ quomodo deſcēdit dominus Jeſus ad inferos: ꝛ quid ibi egit.

Sero autem facto poſt ſolis occaſum: cuꝫ ip/ ſa die non licuerit oꝑari mag dalena ꝛ altera maria iuerūt emere aromata pro fiendis vnguentis. Sero etiam pre cedēti cum redirēt de ſepul/ chro ceperunt parare vſqꝫ ad

ſolis occaſuz. Nunc ergo va
dunt emere aromata incedē
tes meſtis vultibus more vi
duarum ⁊ orfanorum. Vide
quomodo diligenter fideli-
ter ⁊ deuote laborant pro do
mino ſuo cum lachrymis ⁊
ſuſpirijs. Vide etiam hic ⁊
conſidera quomodo ⁊ quid
ipſe dominus ipſa die fece-
rit. Nam ſtatim cum mortu
us fuit deſcendit ad inferos
ad ſāctos patres: ⁊ ſtabat cū
eis: ⁊ tunc fuerunt in gloria.
Jubilauerunt autem ſancti
patres ī ſuo aduentu: ⁊ reple
ti ſūt iocūditate īmēſa: om
ni diſplicentia ⁊ miſeria pro-
cul pulſa: ⁊ ſtant in laudibus
⁊ canticis corā eo. Antequā
veniret ad eos occurrerūt ei
gaudēter ſeipſos exhortātes
atq; dicētes. Leuate capita
veſtra qꝛ ecce venit redem-
ptio noſtra. Conſurge con-
ſurge hyeruſalem ſolue vin-
cula colli tui. Ecce ſaluator
venit ſoluere te a vinculis.
Tollite portas principes ve-
ſtras ⁊c̄. Adoramus te chri
ſte ⁊c̄. Et procidentes ado-
rauerūt eū. Deide ſurgētes
cōtinuauerūt laudes ſuas di
cētes. Bn̄dictus qui venit ī
nomie dn̄i deus dn̄s ⁊ illuxit
nobis. Bonū ē cōfiteri dn̄o
⁊ pſallere nomini tuo altiſſi-
me. Cui ſūt celi ⁊ tua ē terra
⁊c̄. Tu es deꝰ nr̄ ſaluator nr̄
abſq; te non erat adiutor. Et
tu dn̄e deus virtutū deus iſ-
rael ad nos viſitādos ītēdi-
ſti. Redemiſti aīas tā duro
carceri mācipatas. O ieſti-
mabilis dilectio karitatis: vt
ſuū redimeres aīam tradidi
ſti. Sedentes ī tenebris ⁊ in
vmbra mortis adeo benigniſ
ſime viſitaſti. Cōtriuiſti por
tas ereas ⁊ vectes ferreos
ꝯfregiſti. Nox. n. ſicut dies il
lumiata ē ſplēdore vultꝰ tui.
Suſcepimꝰ deus miſcdiam ī
medio tenebrarum. Exultate
deo ⁊c̄. Sumite pſalmū ⁊c̄.
Hec dies quā fecit dn̄s ⁊c̄.
Cātate dn̄o: pſalmū dicite no
mini eiꝰ: iter facite ⁊c̄. Qui
educit victos ⁊c̄. Mirabilis
deꝰ ⁊c̄ Nos aūt adoramꝰ eū
ī ſecula: qm̄ ipſe fecit nos ⁊ re
demit. Et oēs ꝓcidētes ado
rauerūt eum. Tunc reſpōdit
dn̄s ⁊ dixit eis. Attēdite po

ꝑuli mei vocē meā. Pat vobis. Ego. n. ſuꝫ dn̄s deus veſter qui eduxi vos de terra egypti. Vacate ⁊ videte quoniā ego ſum deus qui creaui redemi ⁊ ſaluaui vos vt vos eruā. Ecce adſum. In capite libri ſcriptū ē de me vt facerē volūtatem patris mei: volui ⁊ ad veſtram ſalutē deſcēdi. Pauper ſui ⁊ in laboribus a iuuētute mea. Intēdebam ad ſaluādas omnes gentes: ſed filij alieni mentiti ſunt ⁊c̄. Amici mei ⁊ ꝓximi mei aduerſum me appropinquauerūt ⁊ ſteterūt. Omnes vidētes me deriſerunt me ⁊c̄. Circūdederūt me canes multi ⁊c̄. Et fui flagellatus ⁊c̄. Supra dorſum meū ⁊c̄. Foderunt manus meas ⁊c̄. Et dederunt i eſcam meā fel ⁊c̄. Conſiderabā ad dexterā meam ⁊ videbā ⁊c̄. Ego dormiui ⁊ ſepultus ſum: ⁊ adhuc caro mea requieſcet. Et dixit eis Ieſus multa alia. Proteriſti me a cōuentu malignantiū ⁊c̄. Attende ergo dn̄e miſerere mei ⁊ reſuſcita me ⁊ retribuam eis. Voluntarie ſacrificabo tibi pater ꝓ iſtis ⁊ alijs ſperātibus in te. Benedictum ſit nomē maieſtatis tue in eternū ⁊ replebit ⁊c̄. Iterū autem illi de limbo reſpōderunt dicētes. Domine refugiū factus es nobis ⁊c̄. Priuſq̄ꝫ mōtes fierēt ⁊c̄. Niſi qꝛ tu dn̄e adiuuiſti nos ſemꝑ in iferno fuiſſet anima noſtra: ſꝫ memor fuiſti noſtri deus noſter. Redemiſti nos i ſanguine tuo. Tu .n. rex noſter ante ſecula operatus es ſalutē in medio terre. Ignoſceris ergo redemptis nomē tuuꝫ inuocātibꝰ. Non enim peccatorum vis mortē ſed cōuerſionē ⁊ ſalutē. Et in huiuſmodi laudibꝰ ⁊ cāticis ⁊ iubilationibꝰ ſteterūt in limbo vſq̄ꝫ ꝓpe auroram diei dominice: in conſpectu etiam angelorum ibi exiſtentium ⁊ cum eis iubilātium. Tunc accepit eos dominus ⁊ adducens eos foras ab inferis in exultatione ⁊ eos glorioſe precedens poſuit in paradiſo deliciarum. Aliqua vero morula facta cū eis iocunde: ⁊ cum helya ⁊

enoch eũ recognoſcentibus: dixit eis. Tempus ē vt reſuſcitem corpus meũ. Vadam ⁊ reaſſumā illud. Qui omnes procidentes adorauerũt cũ dicentes. Ite domine rex glorie ⁊ cito redite ſi placet q2 corpus veſtrũ videre plurimum affectamus.

## Die dominica.

### De reſurrectiōe domini Jeſu ⁊ quomodo apparuit domine matri ſue.

VEnit dominus Jeſus cum angelorũ multitudine ad monumētum die dominico ſũmo mane. Maria magdalene maria iacobi ⁊ ſalome licētia prius petita a domina pariter ceperunt ire ad monumētũ cum vnguētis. Domina autē domi remāſit ⁊ orabat dicens. Pater clementiſſime: pater piiſſime ſicut ſcitis mortuus eſt filius meus: ⁊ inter duos latrones crucifixus fuit: ⁊ ego ſepeliui eum manibus meis. Sed potēs eſtis domine reſtituere eũ mihi incolumem. Rogo maieſtatem veſtrā vt mihi reddatis. Vbi eſt ipſe q2 tantũ tardat ad me venire ⁊ redire? Remitte obſecro eum mihi quia nō requieſcet anima mea niſi videam ipƺ. O fili mi dulciſſime: quid eſt de te? Quid agis? Quaƺ moram trahis? Rogo te ne amplius differas venire ad me. Tu eniƺ dixiſti: tertia die reſurgam. Nōne fili mi eſt hodie tertia dies? Non heri ſed poſt heri fuit illa dies magna ⁊ amara valde: dies calamitatis ⁊ meroris: tenebrarum ⁊ caliginis: ſeparationis ⁊ mortis. Nunc ergo fili mi ē hodie tertia dies. Exurge igitur gloria mea ⁊ omne bonum meum ⁊ redi. Super omnia deſidero te videre. Conſoletur me tuus reditus quam ſic contriſtauit diſceſſus. Letificet me tua preſentia quam ſic contriſtauit abſentia. Reuerte igitur dilecte mi. Veni domine Jeſu veni ſpes vnica: veni ad me fili mi. Illa igitur ſic orante dulciterq3 lachrymante: ecce

ſubito venit dominus Jeſus veſtibus albiſſimis vultu ſereno ſpõſus glorioſus ꝛ gaudens: ꝛ dixit ei quaſi ex latere. Salue ſancta parens. Et illa ſtatim vertẽs ſe: ꝛ es tu (inquit) filius meus Jeſus ꝛ genuflexit adorans euꝫ. Et ille ſimiliter genuflexit dicens. Mater mea dulciſſima. Ego ſum. Reſurrexi ꝛ adhuc ſum tecũ. Jllis autẽ ſurgentibus ipſa cum lachrymis amplexatur eum: vultũ vultui aplicãs. Poſtea ſedentibus illis pariter diligẽter ꝛ curioſe intuebatur eũdem in vultu ꝛ in cicatricibus manuum ꝛ per totum: querẽs ſi omnis dolor ab eo diſceſſerat. Et ille. Reuerẽda mater. O mis dolor a me abſceſſit ꝛ morteꝫ ꝛ dolorẽ ꝛ omnes anguſtias ſuperaui: ꝛ decetero aliquid non ſentiã. Et illa. Benedictus ſit pater tuus qui te mihi reddidit. Exaltatum ꝛ laudatum ſit nomen eius ꝛ magnificatum i ſecula. Stãt ergo ꝛ colloquuntur adinuicem gaudentes ꝛ paſcua ducunt delectabiliter ꝛ amãter. Et narrat ei dominus Jeſus qualiter populum ſuum liberauit de inferno: ꝛ omnia que fecit in illo triduo.

Quomõ Marie iuerũt ad ſepulchrum: ꝛ quomodo petrus ꝛ ioannes cucurrerunt ad ſepulchrum.

Magdalena ṽo ꝛ alie due marie ibant (vt dixi) ad monumentum cuꝫ vnguentis ꝛ reuocabant ad memoriam dum fuerunt extra portam ciuitatis afflictiones ꝛ penas magiſtri ſui ꝛ ĩ omnibus locis in quibus notabiliter contra ipſum facta fuerunt aliquantulum ſubſiſtebant genuflectentes ꝛ oſculãtes terram: gemitus atqꝫ ſuſpiria dantes atqꝫ dicentes: Hic obuiauimus magiſtro noſtro cruceꝫ ſuper collo portanti: quando mater eius ſemimortua facta eſt: ꝛ hic ſe vertit ad mulieres. Hic crucem depoſuit fatigatus: ꝛ ſuper iſtis lapidibꝰ ſe appodiauit parumper. Hic fuit vbi ſic eum crudeliter impellebãt

vt velocius ambularet: ⁊ q̄ſi
eum currere coegerūt. Hic
expoliauerunt eum nudum:
⁊ crucis patibulo affixerunt.
Tunc cum magno clamore
⁊ inundatione lachrymaruꝫ
procidētes i facies ſuas ado
rauerunt ⁊ oſculate ſunt cru
cem adhuc precioſo ſangui/
ne domini aſperſam. Deide
ſurgentes ⁊ euntes verſus
ſepulchrum dicebant. Quis
reuoluet nobis lapidem ab
hoſtio monumenti? Et aſpi
cientes viderunt reuolutum
lapidem: ⁊ angelum domi/
ni ſedentem ſuper eum: qui
dixit eis. Nolite timere ⁊c̄. q̄
in euangelio continentur. Il
le vero fraudate ſpe ſua: quia
putabant corpus domini in/
uenire non attendentes ver
bo angeli redierunt ad diſci
pulos dicentes corpus do/
mini eſſe ſublatum. Tunc pe
trus ⁊ ioannes cucurrerunt.
Currūt ipſi currit magdalēa,
⁊. alie ſocie poſt eos. Om/
nes currunt ad querendum
dominum ſuuꝫ. Currūt mul
tum fideliter: multumqꝫ fer/
uenter. Cum autem perue/
nerunt ad monumentum re
ſpicientes ⁊ ipſi non inuene/
runt corpus chriſti. Viderūt
lintheamina ⁊ ſudariuꝫ ⁊ re/
ceſſerunt. Querunt dominū
ſuum ⁊ non inuenerunt: ne/
ſciunt vbi amplius euꝫ que/
rere debeant. Igitur dolen/
tes ⁊ flentes receſſerūt. Ma
rie vero remanſerunt ibidē:
⁊ reſpicientes in monumen/
tum viderunt duos angelos
in albis qui dicunt eis. Quē
queritis? viuentem cum mor
tuis? Ille autem non atten/
derunt ad eorum verba: nec
aliquam cōſolationem rece/
perunt de viſione angelica:
quia nō querebant angelos:
ſꝫ dominū angelorū. Immo
ille due marie conterrite ⁊
quaſi abſorte elongauerunt
ſe inde aliquantulum: ⁊ ſede
bant dolentes. Magdalena
vero neſciens quid aliud fa/
cere debeat quia ſine magi/
ſtro ſuo viuere non poterat:
⁊ ibi eum non inueniebat: ⁊
vbi euꝫ quereret ignorabat:
ſtabat ad monumentum fo/
ras plorans. Iterum ergo
reſpiciens in monumentū: q̄

ſemper ſperabat eum reuide re vbi eũ ſepelierat: vidit ipſos angelos ſedentes qui dicunt ei. Mulier quid ploras? Quem queris? Et illa. Tulerunt dominũ meum ⁊ neſcio vbi poſuerũt eum. Vide mirabilem operationẽ amoris. Paulo ante audierat ab angelo ꝙ ſurrexerat: ⁊ poſtea a duobus ꝙ viuebat ⁊ nõ recordabatur ⁊ dicit neſcio. Amor hoc faciebat. Quia (vt dicit Origenes) aĩma ſua non erat vbi ipſa erat: ſed ibi erat vbi magiſter ſuus erat. Neſciebat cogitare loqui vel audire niſi de ipſo. Cum aũt iſta ſicploraret ⁊ de angelis nihil curaret: amor ⁊ magiſter ſuus non potuit amplius ſe tenere. Dominus Jeſus refert hoc matri ſue: ⁊ dicit ꝙ vult ire ad cõſolanduꝫ magdalenam que hoc multũ affectat. Et dicit mater. Fili mi benedicte. Vade in pace ⁊ conſolare eam quia multũ te diligit ⁊ de tua morte plurimum doluit ⁊ memento redire ad me.

Quomodo dominus apparuit Marie magdalene.

Venit igitur ad monumentum in hortũ vbi erat Magdalena ⁊ dixit ei. Mulier quid ploras? Queꝫ queris? Et illa eum non cognoſcens adhuc vt ebria reſpondit dicens. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi vbi poſuiſti eum: ⁊ ego eum tollam. Semper enim ſperabat audire aliqua noua de dilecto ſuo. Tunc dominus ad eam dixit. Maria. Jpſa vero quaſi reuiuiſcens ⁊ cognoſcens eũ ad vocem cũ indicibili gaudio dixit. Rabbi. i. magiſter. Domine vos eſtis quẽ querebam. Quare vos tãdiu celaſtis? Et currens ad pedes eius oſculari volebat. Dominus vero volens animum ſuum eleuare ad celeſtia vt non querat amodo in terra dixit. Noli me tangere. Nõdũ. n. aſcẽdi ad prẽm meũ. Et addidit. Nõne predixeram tibi ꝙ tertia die reſurgerẽ? Quõ ergo ĩ ſepulchro me querebas? Et illa. Dico vobis magiſter: qꝛ tãtus do

lor ð acerbitate paſſiõis vr̃e coꝛ meuꝫ repleuerat ꝙ oium oblita de nihilo recoꝛdabar niſi de coꝛpe veſtro moꝛtuo: ⁊ de loco vbi ſepelierã illud: ⁊ iõ vnguẽta hoc mane detuleram. Benedicta ſit magnificentia veſtra que reſurgere ⁊ venire ad nos dignata ẽ. Stant ergo ſimul dilecti cũ iocũditate ⁊ gaudio maximo. Ipſa vero curioſe aſpicit eũ ⁊ iterrogat ð ſingulis: rñſuꝫ alacriter recepit. Poſt aliquãtulam moꝛulã recedit dñs dicens: qꝛ ⁊ alios opꝫtet euꝫ viſitare. Tũc Magdalena q̃ſi alterata ſicut nũq̃ꝫ volens ab eo diſcedere dixit ei. Dñe vt video vr̃a ꝯuerſatio nõ erit amodo nobiſcũ ſicut ꝯſueuerat: rogo vos vt non obliuiſcamini mei. Memẽtote dñe tot bñficioꝝ que mihi ꝯtuliſtis ⁊ familiaritatis ⁊ dilectionis quã habuiſtis ad me: ⁊ recoꝛdamini mei dñe deus ſalutis mee. Et dñs ad eam. Noli timere confide ⁊ conſtans eſto: qꝛ ſemper tecũ ero. Tunc ipſe benedictione cideꝫ data diſceſſit ⁊ venit ad ſocias. Ille vero de reſurrectione domini gaudentes: ſꝫ ꝙ non viderant euꝫ dolẽtes redeunt cum ea.

Quõ dñs Jeſus appuit mulieribus ſociabꝰ magdalene.

QVꝫ ergo iſte tres Marie mane ſimul pergerent anteq̃ꝫ venirent ad ciuitatem apparuit ei dominus dicens. Saluete. Ille vero vltraq̃ꝫ dici poteſt ex hilaritate procidentes tenuerunt pedes eius. Hic igit̃ ſimiliter querunt ⁊ aſpiciunt: reſpõſũ iocũditatis accipiunt ⁊ faciunt magnũ paſcha. Dicit ãt eis dominus Jeſus. Dicite fratribus meis ꝙ vadant in galileã. Ibi me videbunt ſicut predixi eis. Vide ꝙ magiſter humilitatis vocat diſcipulos fratres: nũq̃ꝫ hanc virtutem dimiſit.

Quõ apparuit Joſeph.

DIſcedens igit̃ dñs Jeſus ab eis appuit Joſeph q eũ ſepelierat. Captus

eniꝫ erat propterea a iudeis: ⁊ reclusus in quodam cubiculo diligenter sigillato: ⁊ post sabbatum euꝫ interficere volebant. Apparuit ergo ei dominus Jesus: ⁊ faciem eius abstersit: ⁊ osculuꝫ dedit ei. Et ideo solutis sigillis i propriam domũ reduxit.

Q̃uõ apparuit Jacobo minori.

Apparuit etiã dñs Jesus Jacobo minori q venerat se non comesturum nisi videret dominum resuscitatum. Dixit ergo his qui cũ eo erãt. Ponite mẽsã. Deinde panem accipiens benedixit ⁊ dedit ei dicens. Comede dilecte frater qꝛ filius hominis resurrexit a mortuis.

Quomõ apparuit petro euꝫ cũ dolore ꝑquirenti.

Dum autem Magdalena ⁊ socie eius redeuntes domum narrassent discipulis resurrexisse dominum: ⁊ petrus qui suum dominuꝫ non viderat nõ quiescere valens propter amoris vehementiam discessit ab eis ⁊ solus ibat versus sepulchrum. Nesciebat enim vbi alibi euꝫ quereret. Dum ergo pergeret domin⁹ Jesus eidẽ apparuit dicẽs. Pax tibi Syon. Tunc petrus percutiens pectus suum ⁊ procidens i terra cum lachrymis dixit. Domine dico meam culpam qꝛ dereliqui te ⁊ pluries negaui ⁊ deosculatus ẽ pedes eius. Dominus autẽ erigens ipꝫ osculatus est eum dicens. Pax tibi noli timere: omnia peccata sunt tibi dimissa. Ego bene sciebam ⁊ predixi tibi. Nunc vero vade ⁊ confirma fratres tuos ⁊ confide qꝛ mortem ⁊ oẽs aduersarios meos vici. Stãt ergo ad inuicem colloquẽtes: petrus diligenter aspicit illũ: ⁊ singula notat. Benedictõne vero accepta rediens ad dñam ⁊ discipulos oĩa narrat. Scire aũt debes ꝙ de apparitione dñe nihil i euãgelio ꝯtinet.

Q̃uõ dñs Jeuſs iuit ad paradisuꝫ dliciaꝝ visitare sanctos prẽs.

DOminus autē Jeſus nōdū viſitauerat ſanctos patres poſt reſurrectōz ſui corporis quos ī paradiſo dimiſerat. Rediijt ergo ad eos ꝓcedens ī ſtola cādida cū multitudine angeloꝝ quē ipſi in tāta gloria ꝯſpicientes a lōge cū indicibili exultatōe ⁊ gaudio: cū canticis ⁊ laudibus ſuſceperūt dicētes. Ecce rex noſter venit occurramus ſaluatori noſtro. Magnum pricipiū ⁊ regni eius nō erit finis. Dies ſanctificatus illuxit nobis venite oēs ⁊ adoremus dñm: ⁊ ꝓcidentes ī terram adorauerūt eū: ⁊ ſurgentes ⁊ ſtantes corā eo reuerēter ⁊ iocūde ꝯpleuerunt laudes ſuas dicētes. Vicit leo d̄ tribu Juda. Refloruit dñe caro tua. Adimples nos leticia cū vultu tuo ⁊c̄. Reſurrexiſti gloria noſtra. Exultabimus ⁊ d̄lectabimur ī te: regnum tuū regnū oium ſeculorum ⁊c̄. Et nos nō diſcedimus a te. Reſuſcitabis nos ⁊ nomē tuum exaltabimus: precurſorq̄ʒ nobis ingreſſus eſt; pontifex factus in eternuʒ. Hec dies quā fecit dñs ⁊c̄. Saluabit ſibi d̄xtera eius ⁊c̄. Cantate dño ⁊c̄. Nos aūt populus eius ⁊ oues paſcue eius venite adorem⁹ eū. Appropinquāte vero hora veſpertina dixit eis dñs Jeſus. Cōpatior fratrib⁹ meis q̄ꝛ ꝑꝑ meā abſentiaʒ ꝯtriſtati ſunt valde d̄ morte mea ⁊ cō territi. Diſpergūt ſicut oues errantes nō habentes paſtorem ⁊ multuʒ deſiderant me videre. Vadā ergo ⁊ oſtendam me ipſis. Cōfortabo ⁊ ꝯſolabor eos ⁊ cito reuertar ad vos. At illi procidentes adorauerūt eū dicentes. Sic fiat dñe vt dixiſtis.

Quō dñs iūxit ſe duobus ex diſcipulis ſuis ī modū peregrini.

DVm ergo duo ex diſcipulis eius irēt verſus caſtellū ema⁹ quaſi deſpati d̄ dño ſuo ⁊ irēt triſtes de hijs que acciderāt ꝯferēdo: venit dñs Jeſus ⁊ iunxit ſe eis in ſpecie ꝑegrini ⁊ ibat cū illis interrogans eos ſicut in euāgelio continetur. Tandem

coactus ab eis intrauit cũ illis ⁊ manifeſtauit ſeipſis. O aia peccatrix hic diligẽter attende ⁊ conſidera multiplicẽ bonitatẽ ⁊ benignitatem dñi tui. Primo qꝛ nõ potuit ſuus feruens amoꝛ permittere ſuos ſic errare ⁊ triſtari. Vere vt fidus amicus eſt fidelis comes ⁊ benign⁹ dñs. Jũxit ſeipſis ⁊ q̃rit triſticie cauſam ⁊ exponit eis ſcripturas inflãmans coꝛda eoꝛum ad omnem rubiginem extirpandam. Sic quottidie nobiſcũ facit ſpiritualiter. Si eniꝫ aliquando grauati perplexitate vel accidia de ipſo loquamur ſtatim adeſt confoꝛtans ⁊ illuminans coꝛda noſtra: ⁊ ẽt inflãmans i amoꝛẽ ſui. O ptimum enim remedium eſt cõtra tales loqui de eo vt docet pꝛopheta. Quã dulcia faucib us meis ⁊c̃. Et iterũ. Jgnitum eloquiũ tuum vehementer. Similiter ⁊ cogitare de deo. Vnde idem pꝛopheta dicit. Cõcaluit coꝛ meũ intra me ⁊ in meditatiõe mea exardeſcet ignis ⁊c̃. Secũdo cõſidera bonitatẽ eius non ſolum ex amoꝛe vt dixi: ſed ẽt ex humilitate pꝛofunda. Cõſpice nãqꝫ ipſum quomodo humiliter vadit cum eis. Vadit enim cuꝫ eis velut vnus ex eis dñs omnium. Nonne tibi videtur pꝛimoꝛdia humilitatis reddidiſſe. Exempluꝫ enim eſt nobis ſimile faciendi. Sed ⁊ magis attende dñi humilitateꝫ qꝛ non eſt dedignatus hos diſcipulos inferioꝛis gradus. Nõ eniꝫ erãt de apoſtolis: ſed de alijs minoꝛibus diſcipulis: ⁊ tamen familiariter iũxit ſe illis. Vadit ⁊ loquitur non ſicut elati. Jtem i alio relucet hic ſũma humilitas. Nam ſuperbus verba ſua ſpargere dedignatur. Dñs aũt nõ dedignatur etiaꝫ vni vt fecit cũ ſamaritana. Tertio conſidera domini bonitatem quãtuꝫ ad pꝛeſens negociũ q̃ñ iſtruxit diſcipulos ſuos ⁊ in anguſtijs reficit ⁊ conſolatur. Conſpice ergo anima xp̃iana dominum tuum quomõ fingit ſe longius ire vt eoꝛuꝫ augeat deſiderium ⁊ teneat aut iuitetur ab eis: ⁊ q̃ñ po

ſtea ītrat' cū eis benigne. Panem accepit ⁊ benedicēs manibus ſuis ſacratiſſimis frangit ⁊ porrigit ⁊ ſe eis reuelat. Et hoc quottidie facit nobiſcum inuiſibiliter. Nā teneri vult ⁊ viſitari per dſideria ⁊ orationes ⁊ ſanctas meditatiōes. Et idō orare ſemp oportet ⁊ nō deficere vt ipſe docuit. Qualiter aūt iſta facit ad noſtram eruditionem vt intendamus i opera pietatis ⁊ hoſpitalitatis ⁊ qūo non ſufficit diuina eloquia legere vel laudare niſi opere compleantur. Non autē dedit iſtis magnam ſui copiaʒ ſed ſtatim porrecto eis pane euanuit ab oculis eoruʒ. Nā ēt alios conſolari volebat cū quibus tamen etiam iſtos ē conſolatus.

Qūo dñs Jeſus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis abſente thoma.

Redierunt autem prędicti duo diſcipuli ſtatim in hierusalem ⁊ inueniētes alios diſcipulos congregatos ⁊ abſente Thoma eis iſta narrauerūt: ⁊ pariter audierunt q: ſurrexit dominus ⁊ apparuit Symoni. Tunc dominus Jeſus intrans ad eos ianuis clauſis ſtetit i medio eorum ⁊ dixit. Pax vobis. Diſcipuli vero ꝓcidētes in terram ⁊ ſuam culpaʒ dicentes ꝙ ſic euʒ reliquerāt ipſum alacriter ſuſceperunt. Dominus autem: ſurgite inquit fratres mei: q: omnia peccata dimiſſa ſunt vobis. Stat igitur familiariter iter eos. Oſtendit eis manus ⁊ latus: aperuit ſenſum vt intelligant ⁊ cognoſcant reſurrectionem ſuam. Petit ab eis ſi habēt aliquid ad manducandum ⁊ dant ei parteʒ piſcis aſſi ⁊ fauum mellis ⁊ manducat coram eis. Inſufflauit in eos ⁊ dat eis ſpiritum ſanctum. Videas quomodo iſta ſunt plena omni iocunditate ⁊ leticia. Gauiſi ſūt ergo diſcipuli viſo domino. Letantur cum eo qui primo erāt ſtupefacti. O q̄ʒ libenter illa porrexerunt vt comederet. Quāſideliter ei

miniſtrabāt: ⁊ q̄ȝ iocūde aſſi-
ſtebant eidem. Conſpice bñ
anima xpiana etiam domi-
nā ibidem eſſe quia diſcipuli
congregabantur ad eā. Vi-
de ergo cum indicibili gau-
dio iſta reſpicere ⁊ iuxta filiū
ſuuȝ familiariter ſedere: ⁊ (ſi
quid expedit) ſeruire alacrit.
Dominus autem Jeſus li-
benter ſuſcipit omne ſeruitiū
de manibus eius: ⁊ ipſam re
uerenter honorat coram di-
ſcipulis ſuis. Non aūt amit
tas a tua conſpectione Ma-
gdalenam dilectaȝ diſcipulā.
Conſpice qualiter more ſo-
lito ſedet ad pedes magiſtri
ſui ⁊ diligenter audit verba
ſua. O qualis eſt domūcula
iſta ⁊ q̄ȝ glorioſum habitare
in ea. Nonne tibi videtur ⁊
hic nūc eſſe magnuȝ paſcha.
Sed parum ſtetit dominus
cum eis: qꝛ erat iaȝ quaſi ſe-
ro. Erat autem indutus ve-
ſtibus albiſſimis: veſtimētis
glorioſe reſurrectionis ⁊ no
uitatis ſolis orientalis. O q̄ȝ
ſuaue ⁊ dulce videre. Tandē
dominus reuerentia matri
exhibita ſimiliter ⁊ accepta
ab ea benedicens omnes re-
ceſſit ab eis. Ipſi vero proci
dentes de cita reuerſione ro-
gauerunt eundem. Manſe-
runt autē famelici ⁊ ſitibun-
di de domino ſuo de quo tā-
tam copiam habere conſue-
uerant: cum ſemper ſuſpirijs
⁊ deſiderijs reuocantes. Nā
iſte apparitiones in die pa-
ſche fuerunt. Credo enim ꝙ
ſi paſſiōes pati ſcires ⁊ mē-
tem haberes intentam ⁊ nō
ſparſam ad ſecularia vel ſu-
perflua vel curioſa in quali-
bet vice habēs paſcha: ⁊ q̄-
libet die dominica tibi con-
tingere poſſet ſi mente inte-
gra diebus veneris ⁊ ſabba-
ti te cū paſſione domini pre-
parares dicēte apoſtolo. Si
fuerimus ſocij paſſionuȝ eri
mus ⁊ conſolationuȝ.

Quomodo dominꝰ Jeſus
redijt ad ſanctos patres.

TUnc vero dominus
Jeſus redijt ad ſāctos
patres qui corā eo nō ocio-
ſe ſed iocundantes laudibus
inſiſtebāt. Quid dicerēt ipſe

nouit. Tu autem imaginan-do eos cum corporibus po-tes cogitare q recolentes be-neficia dei gratias agebant per ſingulas generationes. Primo offerētes ſe velle lau-dare deum tanquā dignum omni laude. Secundo reco-gnoſcendo eum ſuum deū. Tertio numerando ipſa be-neficia. Quarto hortando omnes ad laudandū. Quin to ipſuz adorando. In qui-bus omnibus diligenter con ſpice et reuerenter attende q valde deuota ſunt et vtilia: non ſolum ad preſentes me-ditationes: ſed etiam ad lau-dem et cantica que ſibi i pri-ma maxime exhibentur. In cipiens igitur Adam pro ſe et ſua generatione ſtans co-raz domino alacriter gratias agebat: et ſic omnes alij per ordinem.

## Quomodo iteruz apparuit diſcipulis preſente Thoma.

Aduenientе autem die octaua reſurrectionis iterum apparuit dominus Jeſus diſcipulis ſuis ianuis clauſis et erat Thomas cum eis qui primo non fuerat. Et cum alij narraſſent q vide-rant dominū reſpondit. Ni-ſi videro in manibus eius fi-xuram clauorum non credaz vt in euangelio continetur. Dixit ergo eis paſtor bonus et de puſilo grege ſuo ſolici-tus. Pax vobis. Deinde di cit Thome. Infer digitum tuuz huc et vide manus me-as: affer manuz tuam et mit-te in latus meum et noli eſſe incredulus ſed fidelis. Tunc thomas procidens tetigit do minum et dixit. Dominus meus et deus meus. Hominē enim vidit et deū credidit: et dixit etiam culpam ſuam de eo q ipſe dereliquerat eū: ſi-cut et alij dixerunt. Domi-nus autem euz erigens dixit. Noli timere: omnia peccata ſunt tibi dimiſſa. Hoc autez de dubitatōe Thome diſpen ſatorie permiſſum ē vt euidē tioribus argumentis reſurre ctio dñi probaretur. Cōſpice autem eum hic diligenter et conſidera ſolitaz benignita-

tem humilitatem ꝛ amorem ſeruentem ipſius quomodo monſtrat Thome ꝛ aliis di/ſcipulis ſuis vulnera ſua vt tolleret omnem obſcuritatẽ de cordibus ipſorum ad no/ſtram vtilitatem. Reſerua/uit quoqꝫ ſibi dominus cica trices vulnerum maxime ꝓ/pter tria ſcilicet vt fidẽ face/ret apoſtolis de ſua reſurre/ctione: ꝛ vt ipſas oſtẽdat pa tri quando vult placare eum pro nobis. Eſt enim noſter aduocatus. Et etiam vt eas monſtret reprobis in die iu/dicii. Stat igit dominus Je ſus cum matre ꝛ diſcipulis ſuis per aliquaꝫ moram lo/quens de regno dei. Et ipſi cum eo cum magna leticia audientes verba illa excelſa ꝛ aſpicientes facieꝫ eius ple/nam gaudio ꝛ decore. At/tende ergo bene eos circun/ſtantes: ſed domina fami/liariter iuxta euꝫ ſedet. Ma/gdalena vero ſemper ad pe/des eius. Conſidera ꝛ ſta tu etiam reuerenter ꝛ vereciide ſed gaudẽter: a longe tamẽ: ſi ſorte miſericordia motus faciat te vocari. Tandem di cit ꝙ vadant in galileaꝫ ꝛ ibi apparebit eis. Ipſi vero re/manſerunt vt primo famelici ꝛ ſitibundi de ipſo: ſed pluri mum conſortati.

## Quõ iteꝝ appũit diſcipulis in galilea ꝛ quid eis ipoſuit.

Poſt hec diſcipulis ad dictum locum pergẽ/tibus iterũ apparuit eis do/minus Jeſus dicens. Data ẽ mihi omnis poteſtas ĩ ce/lo ꝛ in terra. Ite docentes omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ꝛ filii ꝛ ſpiritus ſancti Amen. Do centes eos ſeruare quecũqꝫ mandaui vobis: ꝛ conſorta/mini. Ego vobiſcũ ſum om nibus diebus vſqꝫ ad cõſũ/mationem ſeculi. Adorane/runt autem eum ꝛ ſtant etiã nunc cum magna iocũditate cuꝫ eo. Conſidera bene eos: ꝛ ea que modo dicta ſũt eis. Naꝫ magnifica ſunt valde: Manifeſtat eniꝫ eis dñs q̃/liter eſt deus omnium. Dat eis mandatum in predicãdo

dat formā baptizandi ꝛ vigorem per maximū tempus dum dicit ꝙ ſemper erit cum eis. Vides quātam iocunditatē dat eis: ꝛ oſtendit inſignia charitatis. His ergo dictis per dominum data eſt eis benedictio ꝛ diſparuit ab eis.

Quomodo dominus Jeſus apparuit diſcipulis piſcantibus ꝛ iterum redijt ad ſanctos patres.

Diſcipuli ṽo adhuc remanſerūt i galilea. Iuerunt autē quadam vice piſcatū ad mare thiberiadis ſeptē ex ipſis: ꝛ per totā noctē nihil ceperūt. Manc autē facto iterū apparuit eis dominus Jeſus ꝛ ſtetit in littore maris. Attēde autē que hic facta ſunt: qꝛ etiā iocundiſſima ſunt. Querēs autē dn̄s ſi aliquid cepiſſent: eis n̄ reſpondētibus dixit. Mittite i dexteram nauigij rethe ꝛ inuenietis. Miſerunt ergo: ꝛ multitudinē magnā ceperūt. Dixit itaqꝫ ioannes petro. Dn̄s eſt. Tūc petrus nudus exiſtens ſuccinxit ſe tunica: ꝛ feſtinus venit ꝑ mare. Alij vero nauigio venerunt. Et cum deſcēdiſſent viderūt piſces ſuper prunas ꝛ panem paratū. Dominus enim hec eis parauerat. Fecit eniꝫ de piſcibus eorū aſſari ꝛ ſimul cū eis comedens fecit cōuiuiū ꝛ feſtū magnū in littore maris: ꝛ cōſueto more humilitatis ſue miſtrauit eis. Stāt igitur reuerenter multumqꝫ alacriter iſti ſeptē diſcipuli cū dn̄o ſuo pariter cū eo comedētes. Aſpiciūt eius faciem deſiderabilē ꝛ iocūdā: ꝛ exultāt in cordibus ſuis. Accipiunt de ſacratiſſimis manibꝰ ſuis eſcas delectabiles ꝛ non minus reficiuntur ſpiritualiter q̄ꝫ corporaliter. O quale conuiuium eſt iſtud. Conſpice bene per ſingula ꝛ (ſi potes) piſcare cum eis. Attende nihilominꝰ que ſubſequūtur que ſunt pulcherrima ꝛ vtilia. Nam completo iſto ſolemni conuiuio dixit dominus petro. Diligis me plus his? Et petrus. Domine tu ſcis quia amo te. Dicit ei do

minus. Paſce agnos meos. Et tribus vicibus ſic interrogans recõmendauit ei gregem ſuum. Item benignitatem et charitatem ſolicitaꝫ conſidera. Aperte enim vides quomodo diligenter et affectuoſe imprimit reiterat et recõmendat petro aīas noſtras. Iterū autē dñs predixit mortē ipſius petri dicens. Cū eras iunior cingebas te etc̃. Significās ꝙ paſſione clarificaturus eēt eū. Et cuꝫ d̓ ioāne petrus quereret: hic autem quid? dñs reſpondit. Sic eū volo manere donec veniā: quaſi diceret nolo ꝙ ꝑ viam paſſionis me ſequat̃: ſed ĩ domo et in cõtemplatõe requieſcat: quāuis alij diſcipuli intelligerēt ꝙ non moreretur. Sed nõ erat hoc magnū donū: cuꝫ melius ſit diſſolui et eſſe cum chriſto. Audis q̄ꝫ magna dicta ſunt ĩ iſta apparitione. Poſt hec diſparuit dñs ab eis: et more ſolito redijt ad ſanctos patres. Diſcipuli vero cum magno gaudio remāſerūt et poſtea redierūt ĩ hyeruſalē. Digne nāqꝫ poſt tot annorū curricula: poſt tot labores et afflictões: poſt tā crudelē et acerbā mortē poterat triūphator ad ſuam gloriaꝫ remeare et per ſuos angelos confirmare et cõfortare apoſtolos: ſed hoc ñ patiebat̃ charitas. Perſonaliter voluit cõuerſari cum eis ꝑ dies quadraginta ĩ multis argumētis et loquens de regno dei: pro eis facit hoc et pro nobis. Sed aduertimus. Dilexit et diligit ſic vehementer et nõ diligitur cuꝫ ad talem ac tantū ignē nõ ſolum caleſieri ſꝫ ardere debemus.

## De aſcenſione domini.

Circa dominicā aſcenſionē te vigilem eē opꝫ vt ſi vnquā toto mentis conatu te preſentem exhibuiſti verbis et factis eius: nūc facias multo magis. Nā hec ſolennitas oēs alias ſuperat vt clarius tibi oſtendā īfra. Quelibꝫ aīa fidelis dꝫ ſponſum ſuum in eius diſceſſu diligentiſſime et vigilanter obſeruare: et ipſi ſe deuotius et

humilius recõmendare ⁊ totaliter ꝑ alijs adherere. Quadragesimo itaqꝫ die a resurrectione sciens dominus Jesus ꝙ venit eius hora vt trãſeat ex hoc mũdo ad patrem cum dilexiſſet ſuos nũc vere in fine dilexit eos. Accipiẽs igitur de paradiſo terreſtri ſanctos patres: ⁊ oẽs illas animas ſanctas: ⁊ benedicens helye ⁊ enoch ibi remanentibus adhuc viuẽtibus venit ad diſcipulos ſuos qui erant in cenaculo in monte ſyon cũ matre ipſius ſaluatoris: ⁊ apparens eis voluit ante eius diſceſſuꝫ prandere cum eis in ſignum memorialis dilectõnis ⁊ gaudij. Omnibus igitur comedentibus ſimul cuꝫ leticia magna in hoc vltimo cõuiuio domini ſui: dixit eis Jeſus. Tempus eſt vt reuertar ad eũ qui miſit me. Vos autem manete hic in ciuitate quouſqꝫ induamini virtute ex alto: quia infra paucos dies replebimini ſpiritu ſãcto prout promiſi vobis. Poſtea ibitis per vniuerſuꝫ mũdum predicantes euangeliuꝫ meum baptizando credẽtes ⁊ eritis veri teſtes vſqꝫ ad vltimum terre. Exprobrauit ẽt incredulitatẽ eoruꝫ: quia his qui viderant eũ reſurrexiſſe a mortuis ⁊ angelis ſuis nõ crediderant. Hoc marie nũc facit quod predicando dicebat: quaſi daret eis intelligere. Multo magis debebatis angelis credere: etiam antequã me videretis q̃ꝫ gentes que credent vobis predicantibus: ⁊ me nõ videbunt. Fecit hoc vt cognoſcẽtes defectum ſuuꝫ remanerent humiliores: oſtendẽs eis in ſuo diſceſſu quantum ei placeat humilitas. quaſi eam ſpecialiter recõmendaret eiſdem. Stãt igitur comedunt loquuntur ⁊ gaudent propter preſentiã domini ſui: ſed nihilominus turbati propter diſceſſuꝫ. Tãta amoris teneritudine diligebant eum ꝙ hec verba ſui diſceſſus non poterant equo animo ſuſtinere. Quid autem dicam de matre iuxta eum prandente que eum ſuper omnes ſic intenſe amabat? An non credis quod

per hec verba diſceſſus ſui ſi lij maternali dilectione tacta cõmota ſint viſcera eius. Et credibile eſt ꝙ reclinauit ca put ſuum ſuper filium ſuum cum ineſtimabili dulcedine: ⁊ ꝙ recubuit ſupra pect⁹ ei⁹. Nam ſi hoc ioannes fecit in cena multo magis meditari poteſt de ipſa. Unde ſuſpi/rans cum lachrymis rogat eum dicens. Fili mi ſi diſce dere vis ducas me tecũ. Do minus autem cõſolans eam dixit. Rogo mater chariſſi/ma ne feras moleſte diſceſſũ meum: quia vado ad patrez Te autem remanere hic expe dit ad tempus pro con firmã do credẽtes. Poſtea veniã pro te ⁊ aſſumam te ad glo/riam meam. Ad quem ma/ter. Fili mi dulciſſime. Fiat voluntas tua. Nam ego nõ ſolum remanere ſed ⁊ mori parata ſũ pro quibus tu mor tuus fuiſti: ſ ʒ eſto mẽoꝛ mei. Dominus autem ⁊ diſcipu los ⁊ Magdalenam ⁊ alias conſolabatur dicẽs. Nõ tur betur coꝛ veſtrum neqʒ for/midet: non relinquam vos orfanos. Vado ⁊ venio ad vos ⁊ ſemper ero vobiſcuʒ. Tandem dixit eis ꝙ exeant in montem oliueti quia ide vo lebat aſcendere: ⁊ tunc diſpa ruit ab eis. Mater igitur ⁊ omnes alij ſine moꝛa iuerunt ad dictum montem qui ẽ ꝓ/pe hyeruſalem: ⁊ ibidem ap/paruit eis dñs. Ecce quomo do habent hodie duas appa ritiones. Tunc amplexatus ẽ matrem: ⁊ mater eum tener/rime. Diſcipuli autez ⁊ mag dalena ⁊ omnes alij procidẽ tes ⁊ lachrymantes deoſcu/lati ſunt pedes eius. Ipſe ve ro ſuos apoſtolos erigẽs be nigne conſolatus eſt. Cõſpi ce nunc eos bene: ⁊ omnia q̃ fiunt: conſidera. Nihilomi/nus ſanctos patres ibidem exiſtentes: ſed tamen inuiſibi liter quomodo libenter intu entur dominam ⁊ reuerẽter ⁊ affectuoſe benedicunt: per quam tantum beneficium cõ ſequuti ſunt. Quomodo eti am intuentur illos excelſos pugiles ⁊ duces diuini exer/citus quos inter omnes ele/git dominus ad pugnanduʒ

ꝛ vincendum vniuerſuȝ mũdum. Tandem cunctis expletis miſterijs cepit dominus Jeſus eleuari ab eis: ꝛ aſcendere virtute ſua. Tunc mater ꝛ omnes alij procidunt in terraȝ: ꝛ dicebat mater. Fili mi bñdicte memoꝛ eſto mei. Et diſcipuli nõ poterant ſe a lachꝛymis continere. Gaudebat tamen mater multum quia filium ſuũ glorioſuȝ cernebat. Similit ꝛ diſcipuli dicebant. Domine pro te dimiſimus omnia: eſto mẽoꝛ noſtri. Ipſe vero eleuatis manibus: facie ſerenus ꝛ gaudens: regno coꝛonatus ꝛ oꝛnatus triũphabiliter ferebat in celum: ꝛ benedixit eis dicens. Conſtãtes eſtote: viriliter agite ꝛ ſemper vobiſcuȝ ero. Aſcẽdebat auteȝ ſecum ducẽs illam multitudinẽ nobilem iter pandẽs ante eos: vt dixerat Micheas propheta. Dominus itaqȝ glorioſus candidus ꝛ rubicũdus: ſplendens ꝛ glorioſus precedebat eos: viã eis oſtẽdens: ꝛ ipſi cãtantes ꝛ iubilãtes letiſſimi ſequebantur eũ dicentes. Cantemus domino ꝛc. Benedictus es dñe deus noſter qui ſaluos facis ſperantes in te. Deducens populũ tuũ in exultatione ꝛ electos ꝛc. Exaltare ſuper celos deus ꝛc. Aſcẽdis in altum: ꝓſperum iter faciẽs nobis: perducens nos in refrigerium. Et ducis victos tuos in foꝛtitudine: deſideriũ noſtrum tribuens nobis. Gloꝛia laus ꝛ honoꝛ ꝛc.

De leticia curie celeſtis d aſcẽſione domini.

Interiȝ aũt mihael ꝑpoſitus paradiſi ꝓgẽs ad patriã celicã nunciauit ꝙ dñs aſcẽdebat. Ecce omnes beatoꝝ ſpirituũ oꝛdines ſeriatim per acies ſuas occurrerũt eidẽ. Unus ex eis nõ remãſit quin veniret obuiam dño ſuo. Et inclinãtes ſe cũ omni reuerentia deducebant euȝ cum hymnis ꝛ canticis ſpiritalibus ineffabilibꝰ. Quis enim poſſet cantus ꝛ iubilos qui ab ipſis fiebant explicare? Adueniũt autẽ cõiũcti pſallentibꝰ: ꝛ dicẽtes. Alla.

all'a. all'a. Nomine qui i do-mini rex bn̄dicte venis. Nūc tibi regnanti pangimus ecce melos. All'a. all'a. all'a. Benedictus es qui ambulas ⁊c. Benedictus es domine qui ſedes ſuper cherubin ⁊ intue ris abyſſos. All'a. all'a. Dignus es domine omni laude ⁊ honore quia ſic victoriā feciſti all'a. In huiuſmodi cā ticis ⁊ confeſſionibus deum honorabant vtiq; coram do mino exultantes. Et eidē feſtum honorificum cum omni reuerentia facientes. Superni ergo ſpiritus reuerentia prius domino exhibita: ⁊ canticis illis expletis cū magna iocunditate dicebant. Principes populorum bene pſallite illi qui aſcendit ſuper celum celi all'a. Et ſancti patres reſponderūt. Pricipes populi domini all'a: cuſtodes ⁊ adiutores nr̄i: gaudiū vobis ⁊ pax all'a. Et dicebāt m'lta all'a ⁊ multa alia. Vides ergo ꝙ oēs iubilabāt ⁊ pſallebāt. Nā iuxta ꝓphetā. Aſcēdit deus i iubilatione. Aſcendit ergo Jeſus paulatim pro ꝯſolatiōe matris ⁊ diſcipulorum quouſq; videre poterant. Et tunc autem nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: ⁊ in momēto cum omnibus angelis ⁊ pre dictis patrib⁹ fuit in patria. Stabant autem mater glorioſa ⁊ diſcipuli: Magdalena ⁊ alie flexis genibus: ⁊ intuebantur in celum euntem illum quouſq; poterant.

## Quomodo domina cum diſcipulis iuſſu angelorum redijt in hyeruſalem ⁊ de igreſſu domini in paradiſum.

Dū ergo ſic ſtarēt vultis eleuatis ecce duo angeli ſteterunt iuxta illos in veſtibus albis dicentes. Viri galilei quid ſtatis ⁊c. Redite ergo in ciuitatem ⁊ expectate ſicut dixit vobis. Cōſidera quomodo de ipſis dominus fuit ſollicitus. Nam ſtatim cum euanuit ab oculis eorum miſit angelos ſuos: ne nimium illic fatigarentur: ⁊ vt confortarētur audientes angelicum teſtimoni-

um recordare ſecū de aſcenſione dñi ſui. Auditis ergo his verbis dña humiliter rogauit ipſos āgelos vt ipſam recōmendarent filio ſuo. Illi vero ſe vſqꝫ ad terrā inclinātes eiuſdem libenter ſuſceperunt mandatum. Similiter apoſtoli ⁊ magdalena ⁊ oēs alij dixerunt eis. Illis autem diſparentibus ⁊ ipſi redierūt ad ciuitatem: ibiqꝫ morabantur expectantes vt dominus Jeſus mādauerat eis. Dominus autem Jeſus cū vniuerſa predicta felici ⁊ magnifica multitudine aperiens ianuas paradiſi vſqꝫ tunc humano generi clauſas itrauit triumphaliter ⁊ gaudenter: ac reuerenter flexis genibus ait patri. Pater: gratias tibi ago qꝛ mihi dediſti victoriaꝫ de omnibus inimicis meis. Ecce amicos noſtros qui captiui tenebantur: eos tibi pͥſento. Sed ⁊ fratribus ⁊ diſcipulis meis quos in mūdo reliqui promiſi mittere ſpiritum ſanctuꝫ. Rogo te pater mi vt impleas promiſſioneꝫ meam ⁊ eos tibi recōmēdo. Tunc pater erigens euꝫ fecit ſedere a dextris eius ⁊ dixit. Benedicte fili mi: omnem poteſtatem ⁊ omne iudiciuꝫ tibi dedi ꝺ̄ iſtis diſcipulis tuis: ⁊ de miſſione ſpiritusſancti pro tuo velle diſponas. Omnes autēꝫ ſancti patres ⁊ beatiſſimi ſpiritus qui adorantes prociderant in facies ſuas coram patre ſurgentes reinceperunt cantica ſua ⁊ iubilabant corā eo laudes. Si eniꝫ moyſes ⁊ filij iſrael poſt tranſmigrationem maris rubri cecinerunt carmen dño dicentes. Cantemus domino glo̓ſe ⁊c̄. Et Maria ꝓphetiſſa ſoror eius ⁊ reliquē mulieres eā ſequentes in tympanis ⁊ choris dño canebāt: qūto magis mō aduerſitatibus ſupatis. Similiter cū Dauid deducebat archaꝫ domini in hyeruſaleꝫ ſi totus populus canebat ⁊ dauid cū cantorib⁹ cytharas pcutiebat ⁊ oēs laudantes corā dño in cytharis lyris ⁊ tympanis ⁊ Dauid pſallebat ⁊ ſaltabat totis viribus corā dño: quāto magis nunc faciūt q vere ſūt coram

dño in hoc gaudio cõſtituti. Et de hoc habetur in apocalipſi. Audiui vocem in celo centũ quadragintaquattuor miliũ cytharedoꝝ cytharizãtium i cytaris ſuis: ⁊ cantabant quaſi canticuꝫ nouũ añ thronũ dĩ ⁊ agni. Quodcũqꝫ gaudiũ illõ ſignificet ego multo magis eũ meditor hodie ↄtigiſſe. Oẽs ergo conſtituti ibi pſallũt omnes exultant omnes letantur omnes cantant omnes gaudent oẽs iubilant omnesqꝫ manibus plaudũt. Vere in ſupna hyeruſalem auditur canticum leticie: ⁊ per omnes vicos ei⁹ ab vniuerſis dicit̃ all'a. Nũquam ab origine mundi tale feſtuꝫ ⁊ tale ſolẽne paſcha celebratum fuit. Nec vnq̃ꝫ erit niſi forte poſt diem iudicij cũ omnes ibi pñtabũtur electi.

## De miſſione ſpiritusſancti.

TUnc his completis dixit dominus Jeſus patri. Pater memẽto promiſſionis mee quã feci de ſpiritu ſancto fratrib⁹ meis. Cui pr. Fili: multũ gratũ habeo q̃d ꝓmiſiſti: ⁊ tp̃s ẽ vt ipleatur ꝓmiſſũ tuũ. Dicunt igit̃ ad ſpiritũ ſanctũ. Rogamus te vt deſcendas ad diſcipulos noſtros: ⁊ eos repleas ↄſolerꝭ roboꝛes ⁊ inſtruas. Et ait ſpiritusſſãctus. Ecce ego paratus ſuꝫ. Et ſtatiꝫ deſcẽdit in linguis igneis ſup cẽtũ viginti diſcipulos ſimul congregatos ⁊ repleuit oĩ gaudio. Cuius diſcipuli vigoꝛe accenſi ⁊ illumiati totũ mũdum concuſſerunt: ⁊ pꝛo maioꝛi parte ſubiecerunt. Nihilomin⁹ ſuperni ciues ⁊ poſtea laudauerũt ⁊ ſemꝑ laudant deũ ⁊ hñt dies leticie: ⁊ nũq̃ꝫ deeſt ibi leticia ſolẽnitas ⁊ gratiarum actio ⁊ vox laudis. Feſtinem⁹ itaqꝫ nos ingredi i illã requiẽ vbi tãta ſuperabundant indeficienter gaudia: ⁊ ad patriam noſtram totis conatibus ſuſpiremus. Odiamus compagem huius miſeri ⁊ putridi coꝛpoꝛis noſtri: ⁊ eius curaꝫ non faciamus in deſiderijs ꝙ nos hic detinet peregrinos ⁊ icarceratos a tãto bo-

no. Et iterum cupio diſſol/
ui ꝛ eſſe cum chriſto: ꝛ eam
continue poſtulemus a do/
mino: quia per nos eam cuꝫ
ſalute conſequi non valemꝰ.

Modus ꝛ ordo tenendus i
ſupraſcriptis meditandis.

Volo autem tibi tra/
dere modum quem te
neas in predicando vel medi
tando predicta ne ſi forte ip/
ſum crederes ꝑtinere ad om
nia ꝛ extendere que hic ſcri/
pta repereris quaſi molem
grauem negligas: maxime
cum credam vni ebdoma/
de conuenire. Igitur ſcire d̄/
bes ꝙ meditari ſufficit ſolum
factum quod dominus Je/
ſus fecit vel eum fieri conti/
git vel dici ſecundum hyſto/
riam euangelij: ꝛ ibi te preſē
tem exhibendo ac ſi in tua p̄/
ſentia fierent prout ſimplici
animo nuditer cogitanti oc/
currit. Moralitates autem
ꝛ auctoritates: quas hic ad
tuam inſtructionem in hoc
opere poſui non expedit in
meditationibus adduci: niſi
ſiqua virtus amplectēda vel
vicium deteſtandum foret.
Elligas ergo in his medi/
tandis aliquam horam quie
tam. Poſtea infra diem po/
teris dicere moralitates ꝛ au
ctoritates ꝛ eas ſtudioſe me/
morie cōmendare. Qđ om
nino te facere conuenit: quia
pulcherrime ſūt: ꝛ que te q̄ſi
in tota vita ſpirituali valeāt
informare. Meditatōnes ve
ro ſic diuide: vt die lune inci
piens percurras vſqꝫ in fu/
gam domini in egyptuꝫ. Et
eo ibi dimiſſo die martis cuꝫ
eo rediēs mediteris vſqꝫ ad
apertionem libri in ſynago/
ga. Die mercurij exinde vſ
qꝫ ad miniſterium marie ꝛ
marthe. Die iouis ab inde
vſqꝫ ad paſſionem. Die ve/
neris ꝛ die ſabbati vſqꝫ ad
reſurrectionem domini. Die
vero dominica ipſam reſur/
rectionem ꝛ vſqꝫ in finem.
Et ſic per ſingulas ebdoma
das facias: vt ipſas medita/
tiōes tibi reddas familiares.
Quod quanto magis facies
tibi facilius occurrent atqꝫ
iocundius. Libenter conuer

ſeris cum domino Jeſu ꝛ vitam ipſius tanquã euangelium ad imaginez beate cecilie in corde ſtudeas inſeparabiliter collocare. Sit nomen dñi noſtri Jeſu chriſti pauperis crucifixi benedictum ī eternum ꝛ vltra. Amen.

Finis.

Per eg. Joanneantonium de birretis,. Papie.1490. Die.4.Martij.

Verſiculi arboris vite chriſti.

Primo.

Jeſus ex parte genitus
Jeſus ſpirator natus.
Jeſus creator inclitus
Jeſus gubernans ſtatus.
Jeſus promiſſus patribus
Jeſus faber virgineus
Jeſus annunciatus.
Jeſus emiſſus celitus
Jeſus plene dotatus
Jeſus ioannis intimus.
Jeſus maria natus
Jeſus conformis patribus
Jeſus prenominatus.
Jeſus in ſtella fulgidus
Jeſus magis monſtratus.
Jeſus redemptus paruulus
Jeſus infans fugatus
Jeſus puer proficiens
Jeſus matri abſentatus
Jeſus inuentus inſtruens
Jeſus dulcor amatus
Jeſus flos flori ſubiacens
Jeſus flore inmoratus
Jeſus alumnis obſequens
Jeſus depauperatus
Jeſus preconem adiens
Jeſus vir baptizatus
Jeſus deſertum incolens
Jeſus hoſte tentatus
Jeſus paruulos colligens
Jeſus matre rogatus
Jeſus paſtor circuiens
Jeſus vigore laſſatus
Jeſus pro nobis indigens
Jeſus inhonoratus.
Jeſus miranda faciens
Jeſus verbis ſenſatus
Jeſus perfecta conſulens
Jeſus tranſfiguratus
Jeſus per noctem vigilans
Jeſus die occupatus.
Jeſus panes multiplicans
Jeſus tranquillans flatus
Jeſus lepram eijciens
Jeſus medela datus
Jeſus a morte ſuſcitans
Jeſus laſſans reatus
Jeſus vnguento redolens
Jeſus aſello latus
Jeſus rex orbis veniens
Jeſus digne laudatus
Jeſus vrbi compatiens
Jeſus lachrymatus
Jeſus templum ingrediens
Jeſus zelo armatus
Jeſus pactum perficiens
Jeſus dolo ſeruatus
Jeſus ſubiectis ſeruiens
Jeſus panis ſacratus
Jeſus iudam corripiens.

Jeſus dilecto ſtratus
Jeſus ſermonem faciens.
Jeſus euiſceratus
Jeſus futura preuidens.
Jeſus orans proſtratus
Jeſus ad bellum exiens.
Jeſus deus monſtratus
Jeſus impetum ſuſtinens.
Jeſus vinculis ligatus
Jeſus tractus crudeliter.
Jeſus ter denegatus
Jeſus deluſus nequiter.
Jeſus vultu velatus
Jeſus conſputus turpiter.
Jeſus colaphizatus
Jeſus mutus humiliter.
Jeſus circũrotatus
Jeſus ligatus fortiter.
Jeſus ſpinis coronatus
Jeſus punctus crudeliter.
Jeſus dire plagatus
Jeſus productus viliter.
Jeſus reus clamatus
Jeſus ſpretus maligniter.
Jeſus ſententiatus
Jeſus crucem circũ ferens.
Jeſus debilitatus
Jeſus matrem conſpiciens.
Jeſus anguſtiatus
Jeſus deuotas alloquens.
Jeſus virens aſſatus
Jeſus ad crucem veniens.
Jeſus veſte nudatus
Jeſus morti ſe offerens.
Jeſus dire clauatus
Jeſus vexillum erigens.
Jeſus tricoloratus
Jeſus ſceleſtos diuidens.
Jeſus tunc blaſſematus
Jeſus orbem concutiens.
Jeſus excruciatus
Jeſus latronem erigens.
Jeſus dans principatus
Jeſus matri compatiens.
Jeſus fletu rigatus
Jeſus cruorem affluens.
Jeſus fons deſiccatus
Jeſus amorez ſitiens.
Jeſus felle potatus
Jeſus clamando moriens.
Jeſus vita priuatus
Jeſus pallore decidens
Jeſus tranſlanceatus
Jeſus matrem afficiens.
Jeſus intumulatus
Jeſus infernum adiens.
Jeſus frangens conatus
Jeſus triũphans mortuus.
Jeſus ſurgens beatus
Jeſus decor precipuus.
Jeſus orbi prelatus
Jeſus ductor exercitus.
Jeſus celo leuatus
Jeſus largitor ſpiritus.

Jeſus clarificatus
Jeſus ſpirans afflatibus.
Jeſus cruce ditatus
Jeſus electam eleuans
Jeſus dux laureatus.
Jeſus matrem glorificans
Jeſus fons reſeratus
Jeſus prolem multiplicans
Jeſus vilificatus.
Jeſus franciſcum generans
Jeſus ſeraph allatus.
Jeſus normam conſtituens
Jeſus tunc renouatus.
Jeſus deſpectus iterum
Jeſus falſificatus.
Jeſus doctor humilium
Jeſus reſuſcitatus
Jeſus decore fulgidus
Jeſus pauper firmatus
Jeſus teſtis veridicus.
Jeſus iudex iratus
Jeſus victor magnificus
Jeſus ſponſus ornatus.
Jeſus rex regum dominus.
Jeſus finis optatus.

Laus deo.

Deuotus Bernardus.

Jeſus dulcis memoria
Dans vera cordis gaudia:
Sed ſuper mel ⁊ omnia
Eius dulcis preſentia.
Nil canitur ſuauius:
Auditur nil iocundius:
Nil cogitatur dulcius:
Quā Jeſus dei filius.
Jeſu ſpes penitentibus:
Quam pius es petētibus:
Quā bonus te querētibꝰ:
Sed quid inuenientibus.
Jeſus dulcedo cordium
Fons verus lumen mētiū
Excedit omne gaudium:
Et omne deſiderium.
Nec lingua poteſt dicere
Nec littera exprimere
Expertus poteſt credere
Quid ſit Jeſum diligere
Jeſum queram in lectulo
Clauſo cordis cubiculo:
Priuatim ⁊ in publico
Queram amore ſedulo.
Cum maria diluculo
Jeſum queram in tumulo
Cordis clamore querulo
Mente queram nō oculo.
Tūbam ꝓfundam fletibus
Locum replens gemitibus
Jeſu peruoluar pedibus

Strictis herēs āplexibus:
Jeſu ſtringaȝ veſtigia
Et flendo figam labia
vt detur mihi venia
Atqȝ perfecta gratia.
Jeſu rex admirabilis
Et totus deſiderabilis
Dulcedo ineffabilis
Et triumphator nobilis.
Māne nobiſcum domine:
Et tuo reple lumine:
Mentes pulſa caligine.
Tue pacis dulcedine.
Quando cor meum viſitas
Tunc lucet ei veritas.
Mundi vileſcit vanitas:
Et intus ardet caritas.
Amor Jeſus dulciſſimus
Et vere ſuauiſſimus:
Plus milies gratiſſimus:
Quā dicere ſufficimus.
Hoc omnium creatio
Probat ⁊ gubernatio.
Et mira ordinatio
Cunctorūqȝ ſubiectio!
Necnon eius paſſio
Et ſanguinis effuſio:
Per quam nobis redēptio
Datur: ⁊ dei viſio.
Sic amantem diligite:
Amoris vicem reddite:
In hunc odorem currite:
Et votis vota reddite.

Iſta ſemper reuoluite
Amorē piuȝ poſcite:
Jeſum ardenter querite:
Querendo inardeſcite.
Jeſu auctor clementie
Totius ſpes victorie
Fons dulcoris ⁊ gratie
Vere cordis leticie.
Jeſu mi bone cupiam
De te dulcorē ſentiam
Qui tanta dat ſuauia
Vt digne loqui nequeam.
De te tamen non ſileam:
Amore fac vt ardeaȝ
Cum de te ſolo gaudeam
Et te videre cupiam.
Jeſu mea dilectio
Grata mentis refectio
Replens ſine faſtidio
Dans famē deſiderio.
Qui te guſtant eſuriunt
Qui bibunt adhuc ſitiunt
Deſiderare neſciunt
Niſi Jeſum quē diligunt.
Cum ſic amor inebriat
Nouit Jeſus quid faciat:
Felix ille quem ſatiat
Nō eſt vltra quod cupiat.
Jam proſequamur laudib⁹
Jeſum hymnis ⁊ precibus
Vt nos donet celeſtibus
Cum ipſo frui ſedibus.
Amen.

ff

Quid retrahis fera colla iugo: mea sarcina le
Suaue iugum Christi: Vox pia, crede deo.
Haec bona libertas, Christo seruire et in ipso
omnibus esse super, non dominis hominum
Non vitiis seruit, non regibus ille superbis
tantum qui Christo se dederit domino:



Inc
381





falta a fl. 1 (ai)